nem de qua tetigi in dicta.l.si is qui animo.§.titul.j.quando alicui existẽti in peccato mortali superuenit furor ꝙ illud peccatum non abolet̃ videt̃ in eo perseuerare.facit.c.maiores.circa.fi.de baptismo ⁊ eius effectu.

1 **Uacuum tempus.** ¶†In vsucapione cepta complenda cõputatur tempus quo post mortem vsucapientis possessio stetit vacua vel ante aditam hereditatẽ vel post.hoc dicit.Et primo casu completur per hereditatem iacentem:vt.j.eo.l.ceptam.secũdo per heredem licet heres nõ possideat vt hic.⁊ sic supplet illã l.ceptam.per hunc.§.Uidebatur maius dubium post aditionem hereditatis nam ante aditionem non est quid imputetur hereditati quare possessionem non apprehendit quia non potest cum sit persona representata que possidere non potest:vt.l.j.§.sceuola.si quis testa.liber esse ius.Et ideo si totum tempus qd restabat currit hereditate iacente vtilitatis causa receptuz fuit et propter necessitatẽ quod vsucapio compleatur sine possessione.sed postꝙ heres adiuit ante completum tempus est quid sibi imputetur quare possessionem non apprehendit cuz possit.⁊ ideo non videtur quod possit complere vsucapionem sine possessione.sed contrarium hic patet.ideo est notandum.

2 ☞Si heredi fuit facta traditio simpliciter ab eo qui vendiderat defuncto:⁊ heres putabat rem fuisse donatam an acquirat dominium:si tradens erat dominus vel vsucapiendi conditionem si non erat dominus.

1 **Si defunctus emit.** ¶†Heres vsucapit titu.quem habebat defunctus licet ipse credat de alio tit.ꝙ re vera esset.hoc dicit.potius ergo inspicitur quod erat in veritate ꝙ quod est in opi.heredis.hoc dicit. ¶In gloss.magna ibi:⁊ etiam pro donato si iustus sit error supple et etiam pro herede:quia plures titul.possunt concurrere ad eandem vsucapionem com plendaz etiã diuersis temporibus incohantes:vt.§.ti.j.l.iij.§.ex pluribus.

2 ¶†In gloss.ibi:sed quid si heredi fuit facta traditio.s.a venditore qui vendiderat defuncto et tradidit rẽ simpliciter:⁊ sic habebat in animo tradere ex causa venditionis:heres autem putabat fuisse donatam et sic recepit tanꝙ ex causa donationis vtrum acquirat dominium si tradens erat dominus vel vsucapiendi conditionem si non erat dominus.hoc voluit gloss.querere:et sic an iste dissensus noceat.et breuiter dic quod non nocet ex quo re vera contractus venditionis fuerat celebratus inter defunctũ ⁊ tradentem:⁊ sic transfertur dominium vel vsucapiendi conditio ex vera causa non ex putatiua:vt.l.cum corpus.§.de acqui.re.do.sed quando contractus non est vere celebratus sed tempore traditionis veniebat celebrandus:⁊ si quis tradat ex vna causa ⁊ recipiens recipiat ex altera impeditur celebrari.et sic non transfert dominium nec vsucapiendi conditionem:hic est casus in.l.si ego.la prima.si cert.pet.hoc vult gloss.in effectu.

1 **SI fur rem furtiuam.** ¶†Uitiũ furti purgatur si fur domini voluntatẽ habere incipiat.hoc dicit.Sed an efficitur dominus statim si res nõ erat presens.dic vt no.§.de acqui.re.do.l.qua ratione.§.interdum.per gloss.⁊.l.eius rei.cum.l.seq.§.de rei vend.⁊ si cer.pe.l.certi cõdictio.§.fi.

2 ☞An potius inspiciatur id quod est in opinione ꝙ quod in veritate.

1 **Si quis id quod.** †Qui putat se non posse vsucapere cũ possit errãdo in iure dicitur malefidei:⁊ non vsucapit.h.d.†Et sic potius inspicitur quod est in opi.ꝙ quod in veritate aliquando econtra.quod dic vt.j.pro empto.l.ij.§.si sub conditione.

2

1 **NOn solum.** †Ex quacũꝙ iusta causa habili ad vsucapiendũ qs possideat ancillam furtiuam partum conceptum ⁊ editum penes eum potest vsucapere.h.d.in effectu.Hic non habetis alia.

2 ☞Regula ꝙ quis non potest sibi mutare causam possidendi in quibus casibus habeat locum.

1 **Quod vulgo.** †Qui possidet mala fide vel detinet nõ põt sibi immutare causaz possessionis nec acquirere dominiũ nec incipere vsucapere nisi fuisse credat.h.d.vsꝙ in fi.Et per istum tex.bene probatur qd dixi in.l.cum solus.§.eod.quod quando possessio precessit titu.licet fuerit habita ab alio ꝙ ab eo a quo acquirit tit.huius nõ nocet quominus vsucapiatur concurrentibus alijs:vt ptz hic in ver.idemꝙ iuris erit.Item per eũdem ver.dico cõtra Bal.qui tenet in.l.alienum.C.de furtis.ꝙ si possides vel detines aliquam rem titij.non a me:sed postea putans esse meam acquiris a me titu.ꝙ eam non videor tibi tradere:⁊ sic innuit ꝙ non possis vsucapere dicens ꝙ tunc videtur tradere quãdo habuisses eam a me:vt quia commodassem vel locassem:sed salua pace sua hic videtur tex.in contrarium quia sufficit ꝙ ex aliqua causa putes me dñm licet a me nullo modo habueris ⁊ sic mutes tibi causam possessionis ⁊ videar tibi tradidisse ⁊ vsucapere possis.†Ultimo no.ꝙ regula ꝙ quis non potest sibi mutare causam possidendi habet locum in duobus casibus scilicet de iniusta in iustã vt hic.in prin.⁊ de nulla in aliquã:vt in fi.⁊ etiã de iniusta in aliam iniustam:vt.l.clam possidere.§.titu.j.cetera dic vt.l.cum nemo.C.de acqui.pos.

2 ☞Quando aliquis recessit de fundo audiens aliquos armatos venire nec expectauit se deijci an perdat possessionem et an videatur violenter deiectus vt habeat interdictum vnde vi contra venientes.

3 An tunc res fiat vitiosa vitio violentie ⁊ sic inusucapibilis.

1 **Si dominus.** †Res de qua aliquis fuit violenter diectus nõ prohibetur vsucapi si non fuit violenter possessa.h.d.sic.§.eod.l.sequitur.§.si tu vi me.possunt ergo ista duo stare simul quod sit quis violẽter deiectus ⁊ tamen res nõ est violenter possessa.⁊ lex attineat loquitur de re violenter possessa.Et pro declaratione istius.§.et legum allegatarum in glo.pro contrarijs ⁊ glo.ibi positarum

2 que loquũtur in volente.†Dic quando aliquis recessit de fundo audiẽs aliquos armatos venire nec expectauit se deijci.Tres sunt casus.Nam aut queritur an perdet possessionem.⁊ dic indistincte quod sic siue erat verum quod nisi venirent illuc siue non.Item si veniebant animo expellendi eum siue non siue fuerint ingressi fundum siue non:faciliter possessio perditur solo animo ⁊ pusillanimitate:vt.§.titul.j.l.sed ⁊ si nolit.⁊ per consequens si vsucapiebat interrumpitur vsucapio:vt.§.eo.l.naturaliter.et ita intelligit glo.istum tex.sed non expedit ita intelligere sed intellige vt in sequenti:quia istud probatur per predictam.l.sed ⁊ si nolit.Aut queritur vtrum ipse videatur violenter deiectus vt habeat interdic.vnde vi contra venientes.⁊ dic quod sic in duobus casibus tantum scilicet quando veniebant causa ipsum expellendi:licet possessionem non fuerint ingressi et tunc datur interdictuz vnde vi ad damna ⁊ interesse ⁊ ita potest intelligi prin.huius.§.Alius casus est quando non veniebant illo animo tamen reperientes possessionem vacare fuerũt ingressi:vt.j.vnde vi.l.iij.§.si quis autem.ver.nisi possessio.Si autem nec veniebant illuc causa expellendi nec fuerunt ingressi:tunc nec videtur vi deiectus quo ad hoc vt competat contra eos interdictum:vt.d.§.si quis autem.in princi.vel actio quod met.cau.vt.§.quod met.cau.l.metum.in prin.

3 †Tertio videndum est vtruz res fiat vitiosa vitio violẽtie:⁊ sic inusucapibilis et dicendum est ꝙ non indistincte nisi possessio per illos qui fuerit occupata etiam si veniebant causa ipsum expellendi vt hic in ver.si nihilominus sed si fuit occupata.secus etiam si non veniebant causa ipsum expellendi sed post mutauerunt propositum vt.d.§.si quis autem.ver.nisi.

1 **Si mihi titius.** †Datio insolutum est sufficiens causa ad vsucapiendũ vel prescribendũ ti.pro suo.h.d.Uel dic ꝙ nõ loquitur de datione insolutum:quia illa fit quãdo pro debito pecuniario datur species insolutum ⁊ tunc est quedam emptio:vt.l.elegãter.in prin.de pig.act.⁊ sic prescribetur titu.pro emp.sed loquitur quando species debita ex aliqua actione personali que non cadit in specialem titu.soluitur pro illa actione ⁊ obligatione extinguenda:vt si debetur ex stipulatione vel ex aliqua alia causa:vt ex permuta.et tunc prescribitur titu.pro suo generali:qꝛ non reperitur titu.specialis pro stipu.sicut reperitur pro legato pro donato ⁊ similibus. ¶In glo.magna circa fi.ibi.§.eod.l.cum solus.vbi prohibetur vsucapio:vt hic permittitur.sed hic quicquid dicat gloss.qd ibi erat titu.putatiuus hic verus.Item ibi habui possessionem ab alio ꝙ ab illo a quo tit.pretendebam.hic ab eodem a quo ti.verũ habui.

2 ☞Seruus acquirit domino suo possessionem per factum iniustum ⁊ quando.

3 Quando quis eandem rem primo conduxit postea precario rogauit vel econuerso attenditur vltimus contractus et per ipsum videtur recessum a primo ⁊ quid si fiant in eodẽ instãti.

1 **Qui pignori.** †Usꝙ ad fi.huius.l.prosequitur vnam materiam de illo qui rem quam vsucapiebat tradidit alteri pignori.Nam certum est qd transfert possessionem ⁊ ciuilem ⁊ naturalem:⁊ nulla sibi remanet.Item certum est quod hoc nõ obstante ipse non desinit vsucapere:quia fingitur possidere quantum ad hunc effectum:et possessio creditoris sibi prodest:vt.§.eod.l.serui nomine.in isto autem.§.

autem.§.cum seq. ponuntur duo casus in quibus debitor desinit vsucapere. ¶ Primus quando creditor possessionem illaz in alium transfert tanq̃ de re sua: ⁊ tunc priuat debitorem illa ficta possessione sicut depositarius vel commodatarius colonus vel inquilinus alteri tradendo rem tanq̃ suaz priuant deponentem commodantem aut locantem vera possessione: et p consequens vsucapionem interpellant: secus si alteri cred. non tradat: licet illam rem alteri obliget tanq̃ suam. ⁊ ita intelligo finem huius.§.in ver. plane. licet gloss. alter intelligat: et eius intellectus est verus in se. Alius casus in quo debitor vsucapere desinit etiam ab ipso princi. cum pignoratus est quando eam pignorauit vero domino cõtra quem vsucapiebat ignoranti rem esse suam sicut quando vsucapiens locat rem quam vsucapit vero domino: vt not. s. eo. l. ei a quo. nam ibi non intendit transferre possessionẽ ⁊ tamen transfert: sed hic intendit transferre: vnde multomagis interpellatur vsucapio: quia sicut dominium recipientis attrahit ad se possessionem veram locantis: vt ibi: ita fictam possessionem pignorantis. ⁊ hoc si debitor pignorauit ⁊ tradidit: secus si non tradidit. ⁊ hoc dicit in.§. sequenti. ¶ Ex quo collige duas limitationes ad dictam. l. ei a quo. primam ex verbo ignoranti: quia requiritur q̄ licz dominus ignoret se dominum. ⁊ ita voluit ista glo. licz tex. nihil dicat ibi. sed probatur hic vt ibi etiam dixi. Alia limitatio est q̄ procedit quod ibi dicitur quãdo locauit ⁊ tradidit: secus si nõ tradidit per istum text. in fi. vt etiam ibi dixi. ¶ In.§. autem si rem pignori. ponuntur quatuor casus vsq̃ in fi. in quibus videbatur interpellari vsucapio debitoris: ⁊ tamen non interpellatur: qui sunt clari. 2 † Et not. ex ista vltima parte in ver. sed si debitoris: vbi ponitur secundus casus q̄ seruus acquirit domino suo possessionem per factum iniustum: puta per furtum quando cõmittitur super re pertinente ad dominum suum. nã hic non potest esse alia ratio quare non interpellatur vsucapio nisi quia seruus debitoris surripiendo creditori rem pignoratam: licet priuet creditorem possessione: vt hic in tex. tamen facit eam reuerti ad ipsum debitorem. vnde si vsucapiebat prius ex ficta possessione fortius nunc ex vera que sibi accessit: sed cõtrarium de. l. quod seruus. s. titul. j. soluitur ibi quando committitur furtum vel violentia in re ad dominum suuz non pertinente: tunc non acquirit domino possessionem hic quando in re pertinente saltem iure quasi dominij: quia ipsam vsucapiebat: tene menti hanc limitationem ad illam. l. nam idem potest dici in monacho si in re pertinente ad monasterium et per alium possessa committat furtum vel violentiam quod acquirat possessionem monasterio: quia est quedam recuperatio rei sue que potest fieri facilius q̃ noua acquisitio cuz tractetur de 3 dãno vitando nõ de lucro captando. tene menti. ¶ † Item no. vltimum casum qui est singularis q̄. l. si quis ante. s. titu. j. que dicit q̄ quando quis eandem rem primo conduxit postea precario rogauit vel econuerso: attenditur vltimus contractus ⁊ per ipsum videtur recessum a primo: quia sunt inter se contrarij: cum ex vno non possideatur ex altero sic saltem naturaliter hoc habet locum quando diuersis temporibus: sed qñ eodem instanti non censetur sibi voluisse contrariari nec seipsum corrigere: sed magis est presumendum q̄ voluerũt q̄ ex precario nõ possideat sicut nec ex cõductione. Sed quare nõ ecõuerso quod ex conductione possideatur sicut ex precario: respõdeo q̄ conductio nunq̃ fit vt cõductor habeat possidere nisi fiat in longũ tempus: vt. s. loca. l. non solet. ⁊. s. e. l. ij. quod vulgo. in fin. Sed precarium bene põt fieri etiã de sua natura absq̃ eo q̄ aliqua possessio transferatur: vt. j. de preca. l. ⁊ hz. §. eum qui. cũ ibi no. Hic non habetis alia.

2 ¶ Non põt dici res furtiua. nisi illa super qua furtum cõmittitur seu pro qua competit actio furti.
In re hereditaria q̃ nunq̃ fuit possessa per heredez non cõmittitur furtum nec cõpetit actio furti: sed committitur crimen expilate hereditatis ⁊ qñ ⁊ quid si res esset apud aliquem.
3 Si heres anteq̃ apprehenderit possessionem rerum hereditariarum dat licentiam ei cui legatus est vsufructus q̄ possessionem apprehendat ⁊ vtatur licet ille hoc faciat ⁊ sic acquirat sibi naturalem non per hoc heres acquirit ciuilem: quia hoc non facit nomine heredis: sed pro suo tantum iure. ⁊ nu. 4.
4 Si proprietarius haberet ciuilẽ ⁊ fructuarius expelleretur a naturali an proprietarius perderet ciuilem.
5 Ei qui non possidebat tempore furti facti: an detur actio furti pro suo interesse.

1 **I homo.** † Pro re hereditaria subtracta q̃ per heredẽ nũq̃ fuit possessa põt cõpetere actio furti: et efficit res furtiua et vsucapibilis si legatus erat alteri vsusfruct⁹: ⁊ ille prestiterat satisdationẽ de vtẽdo fruẽdo arbitrio boni viri quo casu si adhuc non inceperat vtifrui sibi soli ⁊ nõ heredi cõpetit actio furti. Sed si inceperat: ⁊ sic possidebat competit tam sibi q̃ etiam heredi. h. d. ista. l. difficilis tam in tex. q̃ in glo. et male declarata per Bartol. Et primo ponitur thema et. q. cum vna ratione ad partem negatiuam vsq̃ ibi. sabinus. Secundo ponitur responsio sabini qui primo premittit vnum ad euidentiã ⁊ postea determinat pro parte affirmatiua quod efficiatur vsucapibilis vsq̃ ibi. quod sic. Tertio declarat in quo casu locum habeat determinatio sabini vsq̃ ibi: sed si vtenti. Quarto determinat nouum casum: quia determinatio sabini loquitur quando legatarius vsusfructus nõ inceperat vti frui: ⁊ sic nec inceperat possidere: ⁊ per consequens res per neminem possidebatur quo casu soli fructuario competit actio furti post prestitam satisdationem. ¶ Quid autem si inceperat vti frui et sic possidebatur naturaliter tantum per fructuariuz: tunc dicit actionẽ furti competere vtriq̃ tam fructuario q̃ heredi et vtroq̃ casu efficitur res furtiua ⁊ vsucapibilis. Si autez satisdatio per fructuarium nõ esset prestita nec per aliquem possidebatur: tunc neq̃ efficitur res furtiua nec vsucapibilis licet in ea committatur crimen expilate hereditatis. Et hoc innuit ista lex a contrario sensu: licet Barto. in suo summario videatur velle quod ista lex hoc dicat expresse: sed non est verum: vt patet recte intuenti. Et premitte quod. l. antea. que prohibet rem vsucapi lo2 tur in re furtiua: vt. s. eodẽ. l. sequitur. §. quod autem. ¶ † Non autem potest dici res furtiua nisi illa in qua furtum committitur seu pro qua cõpetit actio furti. Item premitte quod in re hereditaria que nunq̃ fuit possessa per heredem non committitur furtum nec competit actio furti. Sed commitur crimen a expilate[a] hereditatis siue subtrahatur ante aditam hereditatem siue post ⁊ ante possessionem apprehensam per heredem. Fallit quando talis res esset apud aliquem qui teneretur ad custodiam eius vt apud commodatarium vel depositarium vel fructuarium vt. j. de fur. l. hereditarie. quia licet furtum sit delictum circa rem non circa personam: vt. l. itaq̃ fulo. eodem titu. tamen requiritur persona cui fiat vt. l. falsus. §. qui alienum eodem titu. ⁊ si res per neminem possidetur: nec est eius custodia apud aliquem non dicitur subesse persona cui furtum fiat vt in. l. j. §. sceuola. si quis test. liber esse ius. fue. in tex. ⁊ glos. ideo erat hic dubium in primo casu quando non fuerat apprehensa possessio per heredem nec etiam per legatarium vsusfructus verum si subtrahatur committatur furtum ⁊ efficiatur vsucapibilis. ⁊ videbatur q̄ non: quia heredi non competit actio furti nec sibi fit furtum licet committatur crimen expilate hereditatis: tamen sabinus determinat contrarium dicens q̄ res pro qua competit actio furti efficitur vsucapibilis: sed hic licet non competat heredi competit tamen legatario vsusfructus. et hoc sufficit. iurisconsul. autor legis dicit hoc verum si legatarius poterat vtifrui quod est si hereditas erat adita: et ipse prestiterit satisdationem de vtendo fruendo: quia tunc tenetur ad custodiam: vnde quod furtum solet committi propter malam custodiam interest ipsius habere actionem furti: quia tenetur heredi ad estimationem totius rei. et isto casu sibi soli legatario datur et non heredi: sed si inceperat vti frui: ⁊ sic possidebatur per legatarium: licet non per heredem tunc tam legatario q̃ heredi censetur furtum committi. et vtriq̃ competit actio furti. hoc dicit ista. l. difficilis discernendo rationem inter casum et casum. ¶ In glo. que incipit contra extraneum ibi sed vtrumq̃ istorum est falsum. s. quod res pro qua competit actio furti contra extraneum non possit vsucapi ⁊ quod illa pro qua competit contra dñm bene possit prout volunt primi. de quibus in princ. glo. qui intelligunt istum tex. in ver. sabinus. primo modo quando poterat agi contra extraneum. tamen aduertendus quod glos. in duobus exemplis vel casibus quos statim subijcit non probat nisi falsitatem primi dicti: quia non est verum quod vbicunq̃ competit actio furti contra extraneum res sit inusucapibilis. Et hoc probat duobus modis. primo in furto commisso per ipsum dñm extraneo opem prestante. nam cõpetit actio furti contra extraneum. ⁊ tamen quia furtum fuit commissuz per dominũ res nõ est effecta furtiua nec inusucapibilis vt. s. eod. sequitur. §. si rem. ¶ Item probat in furto commisso per ipsum extraneũ. nam si res est reuersa ad dñm põt vsucapi. quia purgatum est vitiuz: ⁊ tamen adhuc competit actio furti pro ea contra extraneum per. l. qui ea mente. j. de fur. propter hoc glo. scdm Azo. dicit dictũ sabini nõ esse intelligendũ simpliciter vt iacet: q̄ vbicũq̃ competit actio furti res sit inusucapibilis. Sed dz suppleri in duobus scilicet q̄ furtum fuerit cõmissum per extraneum non per dñm ⁊ q̄ vitium furti non fuerit purgatum: et tunc procedit eius dictũ. q̄ aũt scdm dictum sit falsum scilz quando competit contra dñm res nõ efficiatur inusucapibilis glo. hoc non probat. ⁊ sic male dicit hic vtrumq̃

a ¶ Expilate. An maius sit crimen furti q̃ expilate hereditatis vide ⁊ an statutum loquẽs in furto habeat locũ in crimie expilate hereditatis. vide Bal. in. l. de his C. de furtis.

ꝙ hoc dictum non est falsum imo verum vt.d.l.sequitur.§.si rē s.eodem secundū primum simpliciter intellectum bene esset fal sum:vt patet ex predictis.¶ In glo.seq.circa fi.ibi vel dic scdm Jo.ista opi.non est vera:quia est contra tex.qui vult qd heres qui nunꝙ possedit non habeat actionem furti nisi in vltimo ca su quādo legatarius vsusfructus incipit iam vti frui.⁊ sic possi dere.Jo.autem voluit ꝙ indistincte heres possit agere:q2 ne sciuit videre rationem diuersitatis quare magis possit agere legatarius vsusfructus ꝙ ipse heres etiam anteꝙ legatarius incipiat possidere. Sed certe ratio colligitur ex his que.s.di xit glo.quia post prestitam satisdationem per legatarium ipse pretendit duplex interesse.s.sui iuris:scilicet vsusfructus. Itē etiam proprietatis: quia tenetur heredi de mala custodia.⁊ sic ad estimationem proprietatis.Sed heres nō pretēdit interesse nisi ratione sui iuris.non enim tenetur vsufructuario ad custo diam:quia ergo vsufructuarius plus grauatur post prestitam satisdationem magis sibi subuenitur vt habeat actionem furti etiam si nunꝙ possedit.Sed heres non nisi poꝙ fructuarius possidere incipit:⁊ tunc que sit ratio ꝙ agere potest heres.dic vt in seq.glo.super verbo poterit.que ponit verum intellectum huius.l.¶ In glo.penul.super verbo poterit ibi cum sibi tan tum naturaliter fructuarius possidet.†Not.istam glo.que vult

3 expresse quod si heres anteꝙ apprehenderit possessionem re rum hereditariarū dat licentiam ei cui legatus est vsusfructus ꝙ possessionem apprehendat:⁊ vtatur ⁊ fruatur:lʒ ille hoc fa ciat.⁊ sic acquirat sibi naturalem.nō per hoc heres acquirit ci uilem:quia hoc non facit nomine heredis sed pro suo tantum

4 iure.†Sic in simili si ꝓprietarius haberet ciuilē:⁊ fructuari⁹ expelleret a naturali non perderet ꝓprietarius ciuilem p eandem rationem:vt no.per glos.in.l.j.in fin.s.vsufru.queadmo. ca.que est singularis.Sicut ergo non perdit:per factū fructua rij non acquirit non sic in colono:quia si heres ante appreben sam possessionem locaret statim ꝙ cōductor apprehendit rem acquirit ciuilem ⁊ naturalē heredi quam naturalem retinet si bi corpore suo:quia noīe heredis videt̄ hoc facere: vt.s.titul.j. l.qui vniuersas.§.ꝙ per colonū.scdm vnum intellectū:⁊ ipso colono expulso dn̄s perdit ciuilem:vt.l.peregre.§.quibus ex plicitis.eodē titu.¶ In glo.ibi dic ergo.ista est vera ratio.⁊ in ver.seq.glo.ponit verum intellectū huius.l.⁊ melius loquitur ꝙ seq.glo.que videtur cōtrariari huic.⁊ in duobus male loqui tur:dic ergo concludendo ꝙ si legatarius vsumfructū nondū prestitit cautionem nec possessionem apprehendit tunc nec sibi nec heredi datur actio furti:quia neuter pretendit interesse ni si sui iuris:⁊ ideo seruatur regula que est ꝙ rei a nemine posses se furtum non committitur: vt.l.j.§.sceuola.si quis test.li.esse ius.fuerit.siue sit adita hereditas siue non. Si vero prestitit sa tisdationem tamen non apprehendit possessionem:nec etiā he res tunc dispensatur contra illam regulā per istam.l.in ver.sa binus.vsqꝫ ad ver.fi.qui in hoc non est alibi ꝙ committat̄ fur tum soli fructuario:⁊ ipse solus agat non heres ꝓpter rationē quam dixi in glo. precedenti quia precedit duplex interesse et efficitur res furtiua ⁊ inusucapibilis etiam respectu proprieta tis cum pretendat etiam interesse proprietatis. Si vero presti tit satisdationem ⁊ incipit vtifrui et sic possidere:tunc non est locus illi regule q̄ loquitur in re a nemine possessa.ideo tūc cō mittitur furtum non solum ei cui subtrahitur:sed cuicunqꝫ in teresse pretendenti:⁊ cuilibet eorum datur actio pro suo inter

5 esse vt in fi.huius.l.¶†Super illo autem articulo vtrū ei qui non possidebat tempore furti facti detur actio furti pro suo in teresse:quia leges in hoc videntur vitiare:distingue ꝙ aut ille licet tunc nō possideret aliquando tamē possedit ⁊ tunc sibi da tur actio vt.l.falsus.§.si iactuʒ.j.de fur.Aut nec possidebat nec vnꝙ possedit:⁊ tunc aut facto furis hoc accedit quod nunꝙ possidere potuit.et idem vt.l.siue manifestus.§.tandiu.et ibi no.per Bar.s.de condi.fur.aut hoc accidit ex alia cā ⁊ tūc aut pretendebat duplex interesse.s.iuris sui ⁊ iuris alterius cui te nebatur ad custodiam:⁊ idem vt hic in ver.sabinus. Aut non pretendebat nisi interesse sui iuris:⁊ tunc aut licet non possideretur per eum possidebatur per alium ad quē pertinebat custo dia:⁊ idem vt in fi.huius.l.⁊.j.de fur.l.hereditarie.cū.l.se. Aut per nullum possidebatur ⁊ tunc non agit vt in.d.§.sceuola.⁊.l. si continuatam.§.fi.de prescrip.ver.

2 ☞Quantum ad excusandum a pena vel a maleficio sufficit quecumqꝫ causa etiam iniusta.

1 **Potest pluribus.** †Error iuris q est in psona tradentis vsucapionē nō impedit.ad hoc alleg.Dy.Et istud colligit̄ ex fi.huius.l.⁊ ēt ex gl.que incipit erro re iuris.secus in eo qui est in recipiente:vt.s.eo.l.nunꝙ.Et ra tio diuersitatis est:quia tradens rem mobilē alienam certat de damno vitando.i.excusando se a furto ⁊ pena eius:⁊ quia si ha beretur pro sciente committeretur furtū cōtrectando rem alie

2 nam contra voluntatem dn̄i †⁊ q̄tum ad excusandum a pena vel a maleficio sufficit quecumqꝫ causa est iusta vt.l.igitur.de libe.cau.⁊ no.per glo.que semper alleg.in.l.j.in fi.mag.glos.s. si quis ius dicenti non obtēpe.¶ Sed recipiens tractat de lu cro captando.i.de vsucapiendo.ideo requiritur causa iusta credulitatis ⁊ error iuris non est causa iusta.¶ Et premitte qd ad hoc vt procedat vsucapio in rebus mobilibus etiā iure isto reqꝛirebatur bona fides non solū in recipiente ⁊ vsucapere vo lente sed etiam in tradente:quia si tradens esset male fidei com mitteret furtum:vt.s.dixi.⁊ si res efficeretur furtiua ⁊ inusuca pibilis non sic in prescriptione rerū immobiliū in quibus non committebatur furtum.vnde mala fides tradentis nō nocebat si res nō erat vitiosa vitio reali.hodie secus:vt in aut.male fi dei.C.de prescrip.lon.tēp.lex ergo ista intendit declarare quo modo possit hoc contingere ꝙ quis rem alienaʒ mobilē tanꝙ suam bona fide ⁊ sine vitio furti possit in alium transferre.

2 ☞Longum tempus inducit obliuionem.

3 Vitium clandestinitatis nō afficit rem vitio reali.sed persona li:⁊ quid operetur istud vitium personale.

1 **Furtum enim.** †.§.Fundi quoqꝫ.Si res cui⁹ possessio ciui lis ⁊ naturalis vacat clādestine occupet̄ nō efficit̄ ꝑ hoc vitiosa vitio reali:ʒ psonali.Et ideo lʒ occupās nō possit vsucapere vel prescribere ꝓpter suam malā fidē per alium tn̄ bone fidei possessorem cū titu.poterit prescribi.Et dr̄ vacare ciuilis ⁊ naturalis vel per negligentiam cōmissam in recuperando naturalem vel quia possessor decessit sine herede vel per obliuionem que inducitur per lapsum longi temporis. h.d.cum.l.seq.⁊ iste.§.propter istos modos semper alleg.ma

2 xime propter vltimum †quia longum tempus inducit oblinio nem:vt not.in.l.licet.C.de acquir.pos.per glos.et not.s.titu.j.l. si id quod.in princip.Et bene patet id quod hic dixi.et in.l.pre ced.ꝙ in rebus immobilibus mala fides tradentis non noce bat singulari successori:sed vniuersali sic.s.eodē.Sequitur.§.

3 heres.†Est ergo hic casus expressus in.l.seq.quod vitiuʒ clan destinitatis non afficit rem vitio reali quicquid dicat gloss.in l.vltima.C.de acqui.pos.Sed vitio personali sic:et istud vitiuʒ personale facit vt ipse non possit vsucapere et si titul.ab alio quem scit non dominum acquiret: vt.s. eodem non solum.§. quod vulgo.in princi.¶ Item operatur vt contra ipsuʒ detur possessorium recuperande non interdictum vnde vi.sed condi tio ex.l.cum querebatur.C. vnde vi.in qua admittitur exce ptio proprietatis si offerret se paratum incontinenti proba re:vt ibi not.non sic in interdicto vnde vi.quod autem hic di citur de negligentia ⁊ de obliuione declarata:dic vt dixi in.l.si ideo.§.j.s.titu.j.

1 **Si solum.** †Pone hic casuʒ ꝙ quis occu pauit solū p vim postea ibi ipse vel alius edificauit:deinde ad te peruenit solū ⁊ su perficies ti.⁊ bona fide.Certū est ꝙ solū nō pōt pre scribere:quia est affectum vitio reali.An saltem edificium:et di citur ꝙ non intelligo verum respectu directi dominij:sed respe ctu vtilis si possedit tanꝙ superficiarius videtur secus quod dic vt.s.eo.nunꝙ.⁊.j.in.l.ceptam.

1 **Ceptam.** †Per hereditatem iacentē vsuca pio cepta per defunctum pōt com pleri ⁊ sine possessione.h.d.Et etiam per heredē lʒ non apprehenderit possessionem:vt.s.eod.nunꝙ.§. vacuam.⁊ dic vt ibi.sed nondum cepta non potest incipi ab he reditate iacente sicut nec contra eam:vt.j.eo.l.fi.in fi.⁊ intellige quando vere iacebat.si autem ficte dic vt.s.eo.l.si is qui ꝑ em ptore.ver.quemadmodum.

1 **Si rem mihi surreptā.** †Vi tium furti vel violentie.non purgat̄ lʒ res veniat in pote statē procuratoris.h.d.intellige de ꝓcuratore gene rali vt in gl.j.Et no.si.huius.l.ꝙ nō debemus facere id ex quo resultat ꝑsumptio fraudis nec etiā interpretari aliqnā.l.vel sta tutum ꝑ ea parte ex qua posset resultare captio seu fraus.

2 ☞Maritus solus non potest alienare rem dotalē sine cōsen su mulieris ⁊ quando.nu.5.

3 Quid econtra si mulier alienat rem dotalem sine consensu mariti

4 Differentia an fiat venditio per vxorem vel fiat per maritum.

5 Predium datum inestimatum dicitur proprie dotale.

6 Si ipsa mulier vendidit an possit soluto matrimonio vendi care.

7 Si vendidisti mihi rem alienam:et sic non transtulisti dn̄ium si postea

si postea contingat ad te dñium peruenire: vt q2 si cessisti domino vel alio modo: quia dñs postea cōstabat an confirmetur ista venditio ⁊ quid si dominus tibi succedat. ⁊ nu. 8.

8 Ius in beneficijs acquiritur sine traditione.

Cum vir. † Ex iure superueniēte autori cōfirmatur ius singularis successoris. ad hoc semp alleg. ⁊ h3 materiā difficilē. ⁊ 9tinet tria dicta. Secūda ibi: quē defuncta. Tertia ibi idez iuris. Et super primo dicto non est nisi vna glo. que incipit maxime in ver. alias que format vnam questionem. Super secundo dicto sunt alie due gloss. super tertio nulla gloss. est. Posset etiam dici quod omnes glos. concernunt secundū dictū. Et aduertendum quod tertium ⁊ vltimum dictum in ver. idem iuris debet referri ad proxime precedens quod loquitur de cōfirmatione: quia si fur qui vendidit postea succedit domino cōfirmatur venditio licet a principio fuerit nulla non autem ad primū quod loquitur de inualiditate contractus: quia venditio rei dotalis non valet in preiudicium mulieris siue sit facta scienti siue ignoranti rem esse dotalem: vt in prin. l. sed venditio rei furtiue tunc non valet quando fit scienti: secus si ignoranti: vt in. l. si in emptione. §. item si emptor. ff. de contraben. empt. quia inualiditas resultat ex eo q2 emendo rem furtiuam iterum committitur furtum per emptorem. ⁊ hoc non est nisi quando scit sed in re dotali inualiditas resultat ex eo ne fiat preiudiciū mulieri: et ista ratio viget siue sciat emptor siue ignoret. ¶ 2 † In tex. ibi. vir. scilicet solus ⁊ sine consensu mulieris: nam non potest illi preiudicare: interest enim sua ne remaneat indotata: et maritus habeat vnde eam sustentet. 3 † Quid autem econtra si mulier alienauit rem dotalem sine consensu mariti: dic idem cum non valeat nec in preiudicium sui nec in preiudicium mariti: vt. C. de iur. do. l. si predium. cum consensu mariti innuit illa. l. q2 valeat. ⁊ ita tenet ibi Cy. sm Iaco. de ra. Contrariu3 est verius: vt no. Bar. in. l. estimatis. in fi. ff. solu. ma. et dicit esse casum in. l. fi. ff. de iur. do. nec ergo alter ipsorū sine altero nec ambo simul vendere vel alienare possunt. ¶ 4 † In hoc tamē est differentia vtrum fiat venditio per maritum vel fiat per vxorem: quia primo casu quando fit per maritum licet non valeat venditio in preiudicium vxoris quia non transfertur dominiū nec vsucapiendi conditio contra ipsam vxorem nec constante matrimonio nec eo soluto valet tamē in preiudicium mariti: quia obligatur ex illo contractu ad eius obseruantiam. arg. l. ⁊ si is. C. de predijs mino. ⁊ not. glos. in. l. cum lex. ff. de fideiuss. ⁊ etiam Barto. ⁊ Dyn. videntur hoc tenere. ⁊ sic obligatur ad tradendum ⁊ obligatur de euictione si traditus fuerit euic. per vxorem ad heredes eius si emptor ignorauerit q2 esset dotalis vt infra etiā subditur: sed si fiat per vxorē cuius fauore prohibetur alienari non obligatur ad obseruantiam contractus: quia ex quo prohibita est alienatio censetur prohibita obligatio per quam peruenitur ad alienationem. argu. in. l. oratio. de spon. ⁊ hoc tenet Barto. in dicta. l. cum lex. facit. l. si resoluendam. C. de predijs mi. Item in alio differunt: quia si maritus vendidit et iurauit non venire contra tale iuramentum non valet in preiudicium mulieris et ipso non obstante potest venire contra ad vtilitatem mulieris [a] etiam iure canonico quo non valet iuramentum in preiudicium alterius q3 iurantis: vt in. c. ij. de pac. lib. vi. et not. in. l. cum quis. §. titia. de lega. iij. per Bart. et per Bal. in. l. j. vel. ij. de inoffi. do. sed si ipsa mulier venderet vel cōsentiret et iuraret non contrauenire non posset postea venire cum iuramentum possit seruari sine interitu salutis eterne: et non preiudicat alteri nisi mulieri: vt in. c. licet mulieres. de iure iur. lib. vj. ⁊ eo. tit. in. c. cum contingat. Posset tamen dici q2 si maritus in hoc non consentit possit venire contra etiam ex persona mulieris: quia iuramentum illius non potest sibi preiudicare. ¶ 5 † In tex. ibi. predium scilicet inestimatum: ⁊ tunc est proprie dotale: si autem esset estimatum tali estimatione que faceret alienationem posset alienari etiam sine consensu mulieris. C. de rei vxo. act. §. et cum. l. in fi. Si autem tali que non faceret emptionem posset cum consensu mulieris non aliter et iste est casus qui non est alibi in. l. si estima. ff. alleg. Quid autem in rebus mobilibus datis in dotem. dic vt not. in auth. siue a me. C. ad velle. ⁊ in. l. j. solu. mat. ¶ In tex. ibi venditio non valet scilicet quantum ad preiudicium mulieris vnde nō transfertur dominium: licet maritus sit dominus. ita dicit tex. insti. quibus alie. licet in prin. nec vsucapiendi conditio in qua requiritur ti. et hic non adest cum venditio sit nulla. et propter hoc fuit posita ista. l. in hoc ti. ⁊ probat expresse in. l. si fundum. ff. de fun. do. licet si vsucapio fuisset incepta anteq3 efficeretur dotalis posset postea finiri ⁊ compleri vt ibi habetur: et hoc videtur verum quod non transferatur vsucapiendi conditio contra mulierem tam constante matri. quo casu non est dubium cum ipsa mulier possit agere. ⁊ sic nec sibi debet prescriptio currere q3 etia3 solu. matri. ⁊ hoc de prescrip. lon. temp. sed longissimi bene posset incipere sol. ma. cum illa non requiritur titul. Sed contra predicta videtur tex. qui multum facit me dubitare in. l. in rebus. circa fi. C. de iur. do. vbi tex. innuit expresse quod sol. ma. bene possit currere prescrip. lon tēp. Sed dic q8 non loquit in fun. proprie dotali s3 quasi dotali: q2 fuit traditus estimatus tali estimatiōe que facit emptionē: nā nihilominus sol. ma. mulier potest ipsu3 vendicare vtili rei vendi. aduersus quam vtilem potest currere prescrip. lon. tēp. sed quando fuit inestimatus quo casu vendicat directa rei vendi. ⁊ aduersus illam non currit illa prescriptio. tene menti quia est vtile. 6 † An autē si ipsa mulier vendidit possit solu. matri. vendicare dic quod sic: vt no. insti. qui. alie. licet. in princip. Quantum autem ad maritum vendentem bene tenet venditio vt obligetur ad obseruationem contractus siue emptor fuerit sciens secundum Dyn. et Bartol. vt. ff. dixi. sed vt teneatur de euic. non si fuit sciens secus si fuit ignorans: vt in. l. si fundum sciens. C. de euic. sunt enim iste actiones diuerse et ad diuersa competunt: et a prima quam tenetur obseruare contractum liberatur eo ipso quod re3 tradidit: vt no. in auth. sacra. C. si aduersus vendi. ⁊ c. cum postea res euincitur resuscitatur noua obliga. vt not. in. l. cum plures. in fin. ff. de euict. per gloss. Sed opponitur contra id quod supra dixi q2 contra mulierem non currit vsusfruc. vel priscrip. lon. tēp. ex eo: quia venditio est nulla. Na3 sufficit venditio putatiua interueniente iustissimo errore: vt. ff. titu. ij. l. quod vulgo. ⁊ hic videtur interuenire si ignorabat rem esse dotalem. Solu. contrarium procedit in his que non sunt a iure prohibita alienari alias secus per hanc. l. quod not. diligenter. ⁊ ver. l. vbi lex. ff. eod. cū sua gloss. ¶ Item oppo. quod non valeat etiā quantu3 ad maritū vt teneatur ad obseruantia3 contractus: ⁊ sic ad tradendū: vt supra dixi vt not: in. l. cu3 dotalem. ff. de testa. mili. ergo ⁊c. vt in. l. si in emptione. ff. de contraben. emp. Sol. quedam sunt de quibus non est cōmercium simpliciter: quia non possunt subijci dominio alicuius: ⁊ in illis procedit contrariū: quia non valet venditio quantum ad hoc vt venditor obligetur ad obseruantiā contractus etiam si emptor fuit ignorans: vt est liber homo aut sacra res: bene tamen obligatur ad interesse si venditor fuit sciēs et emptor ignorans: vt. l. qui officij. §. j. eodem titul. Quedam sunt in quibus non est commerciū non simpliciter: sed secundū quid vt fundus dotalis qui nō potest subijci dominio alterius q3 ipsius viri constante matrimonio. ⁊ in illis procedit quod dixi: quia valet contractus quantum ad hoc: vt venditor obligetur ad obseruantiam eius ⁊ sic vt possit compelli ad tradendu3 siue emptor sciuerit siue ignorauerit vt hic secundum intellectū Dy. coniuncta dicta. l. si is qui. C. de predi. mino. sed quantum ad hoc: vt contrahatur obligatio. de euic. distinguitur an emptor fuerit sciens an ignorans: vt supra dixi. ¶ 7 † Ultimo in ista. veniunt examinandi duo articuli. Primus est si vendidisti mihi rem alienam. ⁊ sic non transtulisti dominium si postea contingat ad te dominium peruenire: vt quia successisti domino vel alio modo quia dominus postea constabat. Utrum confirmetur ista venditio vt acquiras dominium de quo loquitur ista. l. ⁊ etiam gloss. super verbo conuenit que format quatuor contraria contra tex. quod non confirmetur. ¶ Et in isto articulo [a] dic breuiter quod aut ad te peruenit dominium ex causa de preterito: ⁊ tunc confirmatur venditio tam quantum ad agēdum si non possideo q3 etiam quantum ad excipiendum si possideo ⁊ quantum ad transferendum in me dominium sine noua traditione. Puta si legata erat tibi res sub conditione: ⁊ pēdente conditione illam mihi vendidisti deinde conditio extitit: licet enim conditio non trahatur retro in vltimis volūtatibus vt in. l. i. §. j. ad filleia. tamen venditio confirmatur: vt supra dixi. argu. in. l. proinde. si cer. pet. ⁊. j. de castren. pecu. l. penul. §. fi. et licet Bartol. hic videatur distinguere vtrum causa que nunc superuenit retro fingatur interuenisse vel non ego in hoc non facio vim: sed solum in hoc vtrum ex causa de preterito vel nō. Si autem non ex causa de preterito: tunc aut queritur an confirmetur quantum ad exceptionem si possideo: et dicat quod sic vt. l. illicite. de rebus eorum: etiam si non interest tua quod confirmetur: quia mihi non sis obligatus: vt in. l. i. in fin. princ. q. de pigno. Aut quantum ad agendum si non possideo: ⁊ tunc aut non interest tua quod confirmetur: quia non es mihi obligatus ⁊ non confirmatur: vt in. d. l. j. in princi. de pigno. Quod autem supra dixi confirmari quantum ad excipiendum si non interest fallit in libertate data a non domino: quia sicut difficilius reuocatur ita difficilius confirmatur. Et iste est casus in l. si seruo. ff. qui ⁊ a quibus. de qua gloss. circa fi. super verbo cōuenit opponit. Aut queritur an confirmetur non quantum ad excipiendum vel agendum: sed quantum ad hoc vt ius super

[a] ¶ Utilitatē mulieris. in hoc articulo vide Sig. de mediolano cōsil. clj. Fede. de senis consil. cccli. Alex. consil. cix. iiij. lib.

ueniens tibi transferat in me sine noua traditione eo casu quo tua interest confirmari: tunc aut erat tale ius ad cuius translationem requirebatur traditio: vt ius hypothece: ⁊ illud trãsfertur: vt in. l. rem alienam. in princi. de pigno. acti. quia ibi quis obligauit rem alienam ignoranti. ⁊ sic tenebatur contraria pignoratitia: vt. l. tutor. §. j. eodem titu. vnde intererat sua confirmari: ⁊ erat tale ius in quo non requirebatur traditio: vt. in. l. j. de pigno. act. Sed in. l. de pig. pignorauit scienti per hoc videtur ꝙ si episcopus electus ante cõfirmationẽ cõtulerit beneficiũ: ⁊ postea sequat cõfirmatio ius in beneficio transferat in eũ cui facta fuit collatio[a] † qꝛ ius in beneficijs acquiritur sine traditione in. c. si tibi absenti. ⁊ ius cõferendi superuenit in episcopo ex causa de preterito. s. sue elec. vnde lз ante confirma. nõ haberet potestatem conferendi: et sic ex collatione facta: tunc licet quesitum fuerit ius tamen p superuenientiã iuris cõferendi videtur transferri ius sine alia collatione. per hoc not. in contrarium. facit. c. nosti. de elec. vbi collatio facta ante confirmationem reuocatur sed ideo ibi reuocat: qꝛ de iure non potuit fieri confirmatio cũ est priuatus ex eo ꝙ ante cõfirmationem administrauit: vt ibi. ⁊ in. c. auaritie. sed si confirmatio sequeretur de gratia procedit qδ. s. dixi. ꝙ collatio confirmaret per id qδ dixi. Aut erat tale ius ad cuius translationẽ requirebatur traditio: vt est dñium: ⁊ tunc aut tẽpore quo vendidisti nullo modo eras dñs: ⁊ tunc lз postea efficiaris illud ius in me nõ trãsfert sine noua traditione. Sed per hoc efficit vt habeã publicianã contra te sicut habebã cõtra alium ⁊ est casus specialis in quo publi. datur contra dñm: vt. l. si a titio. s. de rei ven. ⁊. l. apud celsum. §. si a titio. j. de doli excip. ⁊ ita voluit intelligere istum tex. gloss. hic finalis: licet illas. ll. no. alleg. Tu dic ꝙ ille loquuntur quando non eras dñs tempore venditionis si aũt eras dominus: sed reuocabiliter tunc loquitur ista. l. quia si ex post facto efficiaris irreuocabiliter confirmantur simpliciter vt hic dicit in tex. etiam quantum ad hoc vt dominiũ ipso iure in me transferatur sine noua traditione: ⁊ ita istum tex. intelligo quicquid dicat Bart. qui videtur sequi glo. ¶ Secũdus passus est quid iuris si dñs tibi succedat: ⁊ sic incipiat mihi teneri sicut tu tenebaris an confirmetur mea emptio. et in hoc dicit ꝙ aut querimus q̃tum ad finem agendi contra te si non possideo. aut q̃tũ ad finem excipiendi si possideo. primo casu confirmatur in duobus casibus. Primus est si vendidisti illam rem noĩe domini quia tunc tenetur dñs tibi succedens illam venditionem ratã habere: vt. j. rem ratam habe. l. si. in prĩci. ⁊. l. solutum. §. solutã. de pigno. act. Scδs casus et si dñs veniendo contra redargueret te cui successi de mendacio vt quia vendidisti rem vt tuam hoc expresse dicto: vt. l. rem alienam. in fi. eo. titu. alias nõ confirmatur: vt. d. l. rem alienam. §. j. Secundo casu q̃tum ad effectum excipiendi: si ille est heres tuus sine confectione inuentarij confirmatur in totum: sed si inuentario confecto confirmat quatenus ex hereditate tua lucratur: per ea que habentur in. l. cum a matre. C. de rei vend. ⁊ in. l. fin. §. in computa. de iure deli. ¶ In glo. super verbo conuenit ibi vel non conualescit de rigore iur. iunge istam solu. cũ precedenti. ⁊ dic ꝙ non superueniente aliqua iusta causa nõ confirmatur solo tractu temporis qδ a prin. non valuit: vt in. l. que ab initio. de reg. iur. sed ea superueniente confirmatur de equitate non de rigore. ⁊ ita intelligit hic supplendo tamẽ ex his que. s. dixi. ¶ In gloss. ibi. solu. qδ ibi dicit nõ abesse. Istam solu. videt sequi Bart. sed videt contra mentem illius. l. ideo dic ꝙ ibi venditio fuit erronea: quia fuit facta ab illo qui putabat se heredem tanq̃ ab herede cum adhuc non esset: ideo lз postea fiat non cõfirmat. ⁊ ita esset hic si iste maritus putabat vxorem mortuã: ⁊ se fuisse lucratum dotem cum non esset. nam lз postea lucraret non reconualesceret. arg. illius. l. sed hic non fuit erronea: quia tẽpore venditionis sciebat se adhuc non fuisse lucratum: ⁊ sic nõ deficit cõtractus in intentione vendentis. ¶ In glos. ibi aliud in his contractibus supple in quibus venditor obligatur: ⁊ sic ista glo. expresse sentit id qδ dicit Dyn. ꝙ hic iste maritus venditor obligetur: lз simpliciter tex. dicat non valere venditionẽ. ⁊ probatur in. d. l. si is. C. de predijs mino. Sed certe istud non videt in aliquo relenare saltem eo casu quo emptor sciuit rem esse dotalẽ: qꝛ venditor tradendo liberat ab illa obligatione qua tenebatur seruare contractum cum nõ teneret nisi ad tradendũ rem non ad transferendũ dñium: vt no. per glo. in aut. facta. C. si aduersus vend. nec tenetur de euictione re euicta ꝓpter scientiã emptoris: ergo non interest venditoris ꝙ ista venditio confirmet sicut nec in. l. si seruo. allega. in gloss. Sol. Propter hoc ergo restringo istum scδm casum in ver. qua defuncta ⁊c. solum ad casum qñ vẽditor de euictione tenebatur: vt qꝛ emptor fuit ignorans vel si fuit sciens fuit stipulatus de euictione: alias nõ video quomodo possit responderi ad istud contrariũ: quia non confirmaretur sicut nec in dicta. l. si seruo.

[a] ¶ Collatio. sed qd si tẽpore electiõis ⁊ collationis erat inhabilis. ⁊ tpe ꝯfirmatiõis habilis an collatio teneat solue: vt p Cald. cõsi. j. de elec.

2 ☞ Bona fides heredis non prodest si in defuncto fuisset mala fides.

Quid in mala fide successoris singularis.

1 **Heres eius.** † In vsucapiõe incohoãda p heredẽ mala fides eiꝰ nocet secus in inchoata p defectũ. h. d. ratio huius vltimi dicti est: qꝛ reputatur eadem persona cũ defuncto: ⁊ ideo sicut in ipso defuncto qui inchoasset vsucapere mala fides superueniens non interrumperet vsucapionẽ: vt. l. j. C. de vsucap. transfor. ita et superueniens in persona heredis: quia non censetur mutata persona: sed iure canonico hodie secus 2 vt in. c. ij. de reg. iur. † Sic econtra bona fides heredis non prodesset si in defuncto fuisset mala fides: vt. s. eod. sequitur. §. heres. attenditur ergo bona vel mala fides defuncti non aũt he- 3 redis. † Sз in successore singulari nõ sic: quia nõ reputatur per omnia eadem persona: et ideo etiam in vsucapione inchoata per autorem mala fides successoris singularis non noceret et impediret actionem fieri ⁊ vsucapionẽ compleri: vt. j. pro empto. l. ij. §. si eam rem. ⁊ isto casu debet intelligi. l. pompo. in fin. s. titu. j. de qua glo. opponit hic. Et econuerso mala fides autoris non noceret successori singulari iure isto. vt. s. eod. l. quare. ver. sed si alij. nisi forte in legatario qui licet forte sit successor singularis tamen videt idem in eo qδ in herede: vt. s. eo. l. id quod tempus. §. si. qδ not. singu. Sed in vsucapione inchoanda per successorẽ non distinguit successor vniuersalis vel singularis p istum tex. in prin. Nam si mala fides heredis sibi nocet non obstante bona fide defuncti: multomagis nocet singulari successori. Et adde hic quod no. per glo. s. ti. j. l. pompo. §. quesitum. que incipit. i. vt interrumpatur.

1 **Patrem vsu.** † In quesitis per filiusfamil. tam mala fides eius q̃ etiã patris impedit vsucapionem inchoari. h. d. Et legitur duobꝰ modis. primo ꝙ filius emit suo nomine vel simpliciter quod idem est: et tunc de mala fide sua clarum est ꝙ impedit: sed mala fides patris ita demum impedit si mandato patris expresso emit: vel etiam patre presente ⁊ tacente. ⁊ affuit mala fides ab ipso princi. Si autem patre ignorante vel etiam ex post facto superueniret mala fides patris, nõ haberet nocere p ea que habentur. j. p empto. l. ij. §. celsus. cum sequen. ⁊ hoc voluit glo. hic. in princi. ⁊ in versicu. superueniens enim. Et plenius not. in. l. cum mancipium. s. de edil. edic. vbi vide bonam gl. ⁊ magistram. Secundo modo legitur ꝙ emit nomine patris et tunc de mala fide patris non est dubium ꝙ impedit: sed quod mala fides filij impediat. hoc quidam non concedunt vt hic glos. in verbo sed quidam docto. contra si filius non habuit mandatum de certa et determinata re: sed generale. ⁊ hoc casu potest procedere ista lectu. hic vt in gloss. versic. item si patris. secus si de incerta et de indeterminata re. ⁊ ita potest procedere opin. illorum quod dic vt plenius habetur in dicta. l. cum mancipium.

2 ☞ In his que multum frequentantur propter publicam vtilitatem aliquid statuetur quod non statueretur si non ita frequentarentur.

3 Creditores si faciunt capi suos debitores tanq̃ suspectos et fugitiuos prestito solo iuramento vel suspicione ⁊ non facta fide ꝙ causa suspicionis de nouo superuenit quid fieri debet ⁊ si cõtra vnam capturam opponatur ꝙ non valeat an debeat admitti querela.

1 **Visto.** † Per filium putatiuũ non acquirit vsucapiendi cõditio sed per seruũ putatiuũ. h. d. Dyn. Et not. hãc. l. p monachis putatiuis ꝙ nõ acquirunt monasterio qꝛ magis cõparantur filijsfa. q̃ serui: cũ nõ sint serui nisi quo ad deũ ⁊ nõ acquirũt ratione possessionis cũ monasteriũ vel abbas ipsum non possideat: sed ratione subiectiõis vel obedientie. Sed seruus acquirit ratione possessionis que potest cadere etiã in putatiuo seruo vt hic. ⁊. s. titul. j. ⁊. l. j. sed per eũ. ⁊. §. per seruum qui in fu- 2 ga. † Not. etiam tex. hic circa fi. ꝙ in his que multum frequentantur propter publicam vtilitatẽ aliquid statuitur qδ nõ sta- 3 tueretur si non ita frequentarentur quod facit ad multa. † Pone eñ ꝙ creditores faciunt capi suos debitores tãq̃ suspectos ⁊ fugitiuos prestito solo iuramento de suspicione ⁊ non facta fide ꝙ causa suspicionis de nouo superuenit qδ fieri dз: vt in l. si creditorem. de priuile. credi. Certe si contra vnam capturã opponatur quod non valeat: videtur quod non debeat admitti querela propter frequentẽ vsum: ⁊ ne multe capture irritentur arg. hic ⁊ sic de singulis.

1 **Constat.** † Uendens rem alienam preter voluntatem domini transfert dominium si tempore traditionis dominij voluntas adest. h. d.

☞ Duo casus

2 ¶ Duo casus in quibus malafides non impedit vsucapionem incboari.

1 **Et si possessionis.** † Quantum ad bonā fidem tam inspicit initiū possessionis in re principali q̄ in illa que ex ea descendit.h.d. Et primo loquitur in illa que ex ea descendit vsq̄ ad ver.idem
2 in seruo.secūdo de ipsa re principali.† Et sic no.hic duos casus in quibus mala fides nō impedit vsucapionem incboari:lz regulariter sit contrarium:vt.§.l.xxi.in prin.Et ratio primi casus est hic propter bonā fidē que fuit a prin.in ipsa re principali ⁊ propter continuatā possessionē eius.ratio autē scđi pcedit ex fictione postliminij que fingit istū seruū reuersum nūq̄ fuisse captum.vnde lz vsucapio q̄ ceperat ante capturā fuerit interrupta ⁊ nunc post reuersionem habeat incipere noua nō attenditur malafides que nūc est:s3 bona fides q̄ fuit illa.regulariter secus q2 inspicitur initiū noue possessionis:vt.§.e.l.si is qui §.pe.⁊.j.pro empto.l.qui fundum.§.qui bona fide.

1 **Nondum.** † Tempus quo iacet hereditas computatur in vsucapione cepta p defunctum vel etiam per seruum hereditariū iacente hereditate ex causa peculiari.hoc dicit.Et sic licet gloss.vtrumq̄ dictum huius.§. intelligat in vsucapione cepta in vita defuncti.⁊ dicat q̄ iacente hereditate non potest incipere per seruum: vt.j.eo.l.fi.in fin. istud est verum quando non ex causa peculiari:alias secus:vt.j. de captiuis.l.penul.⁊.j.ea.l.§.fi.

Duobus diuerſis. ¶ † Quando eſt aliqđ ius qđ pōt in iudicium deduci per modū agendi ⁊ per modū excipiendi:ſi primo fuit deductū per modum excipiendi: ⁊ ſup illo ſuccubuit reus nō pōt iterū deduci ab eodē p modum agēdi ſi tendit ad eundē finē cū exceptione.h.d.iſta.l.ſubtiliter intelligendo.Si aūt tenderet ad diuerſum finē bñ poſſet deduci per viā agēdi p.l.vendicantē.cū.l.ſeq.de euictio.ſed ſi primo fuiſſet deductū p viam agēdi:⁊ ſuccubuiſſet:tūc etiā ſi tenderet ad diuerſum finē nō poſſet deduci iterū per modum excipiēdi: qꝛ in plus ſe hꝫ actio ꝙ exceptio:ideo ſi ſuccubuit in agendo repellitur ab excipiendo:lꝫ non econuerſo.⁊ hoc etiam voluit Inno. ſubtiliter in.c.fi.de ordi.iudi.qđ etiā videť de mēte glo.magne. que hic poſt prin.ibi.reſpondeo ibi agendo ⁊c. Quando autem eſſet tale ius qđ nō poſſet in iudiciū deduci niſi per viam excipiendi:vt ſunt exceptiones peremptorie:puta pacti et ſolutionis:tñ ſi ſemel fuerunt deducte ⁊ ſuccubuit reus: deinde iterato conueniť.⁊ queriť vtrū iterato poſſit eas obijcere.diſtingue vt hic habeť in gl.ꝙ aut cōueniť ex ſentētia ⁊ nō pōt:qꝛ contra ſentētiā ille nō ſunt acqſite.Aut cōueniť actione prima:et tunc pñt obijci:ideo fatuus eſt q actionē primā intētat cū habeat p ſe ſentētiā.vt no.ſ.eo.l.ſi a te.ſ.j.in gl.⁊.h.d.gl.mag.hic.in ver. pone ergo q̄ eſt gl.no.⁊ ſing.Et dicit Dy.ꝙ non eſt alibi.⁊ vide Cy.in.l.peremptorias.C.ſen.reſcin.non poſ. ¶ Quinimo iſto caſu etiā ſi nō fuiſſent exceptiones oppoſite.⁊ ſic non poſſet dici ꝙ in eis ſuccubuerit adhuc non poterit eas opponere ſi iterū cōueniať ex ipſa ſentētia:qꝛ debuit eas opponere ɔtra ſentētiā.vt.d.l.peremptorias.niſi ſint tales que ſententiā nō impugnāt.vt.l.neſennius.in fi.ſ.de re iudi.ſed quādo eſt tale ius qđ poteſt deduci etiam per viam agendi:tunc ſi non fuiſſet deductum per viam excipiendi poſito ꝙ ſententia lata eſſet contra reum nō phiberet deducere per viam agendi:qꝛ tunc demum prohibeť quando iſta cōcurrunt ꝙ primo deduxerit per viam excipiendi ⁊ qđ ſup illo fuerit plene cognitū:⁊ in cōtrariū pronuntiatum.⁊ qđ tendit ad eundē finem cum exceptione.Nam ſi non fuiſſet cognitū ſed exceptio repulſa non prohiberetur deduci per viam agendi.vt in.l.finaū.ſ.fi.de nego.geſt.Idem ſi cognitū:ſed non plene vt in iudicio ſummario.vt in.l.ſi iudex. de his q ſunt ſui vel alie.iur.⁊.l.ſi quis a liberis.ſ.ſi vel parēs. de libe.agno.⁊ vide qđ circa hoc plene not.p Bart.in.l.qui rome.ſ.duo fratres.in.iij.col.de verbo.obli.

☞ In ſententia ⁊ interpretatione verborum eius attenditur mens iudicis de qua ſi conſtat non debet vltra illam vel aliter extendi.

Ex teſtamento. ¶ † Petitio generalis quo ad res reſtringiť ad illas de quib⁹ facta eſt proſecutio tam in actione perſonali ꝙ reali.h.d.cū prin.l.ſeq.ſm intellectum gl. que eſt no.Et iſta prima lex loquiť qñ actor obtinuit.ſed prin. l.ſeq.qñ ſuccubuit.Videbať aūt eſſe diſtinguendū inter actionē perſonalē ⁊ realē.vt.ſ.eo.⁊ an eadem.ſ.actiones.Sed certe illud pcedit qñ eſt gñalis reſpectu cauſe vel cauſarū ex quibus agiť:ſed hic eſt gñalis reſpectu rerū:qꝛ petijt oīa q̄ erant ſibi legata ⁊ nō fuit pſecutus niſi ſup quibuſdā quo caſu nō cenſetur petijſſe niſi illa in quibus facta eſt pſecutio nō diſtinctio inter actionē pſonalē ⁊ realē.⁊ hoc vult in effectu gl.j.⁊ no.iſtā limitationē. ¶ Intelligit ergo glo.iſtos tex.ꝙ petitio fuit generalis ad hoc vt habeat aliqđ dubiū.Si eñ fuiſſet ſpecialis nullū dubium haberet. ¶ Itē facit dubiū:qꝛ iſta lex in fi. videtur loqui ſolū quādo actor nō probat ſibi legatū niſi illud ſuper quo facta eſt proſecutio.nimirū ſi non videť petijſſe niſi illud:qꝛ generalitas libelli nō pōt dici ꝙ cōprehēdat illud de quo nō cogitauit. ¶ † Innuit ergo ꝙ ſi ſciuiſſet quantum erat ſibi legatum.⁊ tñ non fuiſſet proſecutus niſi ſup parte et obtinuiſſet qđ iſta ſententia faceret preiudiciū in altera parte quaſi videretur ab illa abſolutus reus qđ videtur eſſe falſum:qꝛ imo ſententia videretur non valere in aliquo cum totū videať petitū ex quo de toto ſenſit.⁊ ideo ſentētia lata ſuper parte nō facta mētione de altera parte videť in totū nulla.vt.ſ.de doli exce.apud celſum.ſ.itē queritur.ſi cū eo.⁊ ibi no.in glo.⁊.C.ſi aduer.rē iudi. l.j.propter hoc glo.ij.mag.ſup verbo putaſſet q̄ voluit ſentire iſtud cōtrariū.dicit ꝙ mero iure abſolutus eſt ab altera parte iſto caſu qñ ſciuit quantū erat ſibi legatum:licet ſecus qñ ignorauit:tamen de equitate datur actori replicatio per.l.licet.C. de iudi.Sed certe p hoc nō ſoluit cōtrariū: qꝛ imo ſentētia videť nulla in totū.Preterea illa lex licet loqtur in actione vniuerſali nos loqmur in nō vniuerſali:tñ fuit generaliter ppoſita:ideo melius dic ꝙ contrariū loquiť qñ petitio fuit generalis.⁊ etiā pſecutio.⁊ ſic fuit cognitū de toto eo qđ continebatur in libel.⁊ tunc eſt verū qñ ſentētia dꝫ ferri ſup toto per.l.de qua re.de re iudi.⁊ ſi fieret cōdēnatio in parte ⁊ de altera nihil diceretť nō valeret etiā in illa parte.facit.l.in hoc iudicio.fami.her. Sed qñ non fuit cognitū niſi de parte.valet ſnīa in illa pte. ita no.Bar.in.l.terminato.C.de fru.⁊ lit.expen.circa mediū.⁊ ptꝫ in.d.l.de qua re.dū dicit.de quo cognouit iudex ⁊c.ergo ſi non cognouit ſup toto qđ erat deductū in libel.ſꝫ de parte tantū valet ſentētia in illa parte:vnde ſi peterē a te.x. ⁊ poſtea nō proſequerer niſi in.v.valeret ſentētia in.v.lꝫ de alijs.v. nullā faceret mētionē.Et ſic in iſto text.in fi.dū dicit nec actor petere putaſſet.Supple maxime:nā idē ſi putaſſet quantū eſſet ſibi legatū tene mēti iſta. ¶ Vltimo no.iſtū tex.in fi.⁊ in princi.l.ſeq. qđ in ſentētia ⁊ interpretatione verboꝝ eius dꝫ attendi mēs iudicis de qua ſi pōt cōſtare nō dꝫ vltra illam vel aliter extendi: et ad hoc multoties allegaui iſtos in conſilijs.

Si cum teſtamento.

Si petiero gregem. † Qui petijt gregē ⁊ ſuccubuit nō audiť volēs iterū eūdē petere:lꝫ ſit auct⁹ ⁊ diminutus:qꝛ hoc nō diuerſificat ſubſtātiā eius. Nec etiā auditur ſi vult aliqua capita ipſius gregis petere.h.d. ¶ Et iſtud vltimū videť dubiū pter cōtrariū formatū in gl.qꝛ iſta pñt ſimul ſtare:qꝛ grex vniuerſaliter non ſit meus.⁊ tñ aliqua capita ipſius ſint mea:ideo lꝫ ſuccūberē in petitione gregis nō video:repellēdus a petitione capitū ſingulariū pter hoc gl. intelligit vt in ea habeť ꝙ grex nō fuit petitus tāꝙ grex:ſꝫ tāꝙ plura capita:al's pcederet ɔtriū.Dy.aūt diſtinguit inter totū qđ ɔſiſtit ex plurib⁹ capitib⁹ diſtinctis vt eſt grex:⁊ tūc ſuccūbēs in toto repelliť a petitione partiū.vt hic.⁊ in toto qđ cōſiſtit ex pluribus partib⁹ inuicē ſecū cōtingētib⁹ vt eſt domus: ⁊ tūc ſuccūbēs in toto non repelliť a petitione partiū poſtꝙ totū eſt diſſolutū.vt ſ.e.ſi qs cū totū ver.ſꝫ in cemētis:tñ p hoc nō tolliť ɔtrariū.ſ. ſignatū.⁊ ideo prima ſol.gl.videť ſecurior. Pōt etiā dici ꝙ hic volebat petere certa capita ex illa eadē cā ex qua petierat gregē.Contrariū procedit qñ ex cauſa diuerſa vt etiā habeť in fi.j. ea.l.ſ.ſi fundum.⁊.d.l.ſi quis cum totum.ſ.co.

Si fundum. ¶ † Qui petijt fundum ⁊ ſuccubuit non admittiť ad petēdū vſumfructū cauſalē ei⁹:qꝛ videť petere idē ⁊ ex eadē cā. Sed q petijt vſumfructū formalē ⁊ ſuccubuit nō phiberet petere vſumfructū cauſalē vel pprietatē:qꝛ nō diciť petere idē nec ex eadē cauſa.

☞ Quando alteri per alterum poſſit acquiri exceptio.

Si pro ſeruo. ¶ † Exceptio rei iudi.cōpetēs patri ſup actione de peculio cōpetit ei q fideiuſſit p ſeruo.h.d.Videť cōtrariū:qꝛ lꝫ exceptio cōpetēs principali trāſeat ad fideiuſ.vt.ſ.tit.j.l.exceptiones.ſ.rei. Tñ cōpetens fideiuſſori nō prodeſt alteri. Et pater in actione de peculio loco fideiuſſoris habeť.vt in.l.cū filius.de ver.obli. propter hoc glo.hic intelligit ꝙ pater fuit abſolutus in actione de peculio ex cauſa q̄ ſi eſſet vera liberaret principalē.⁊ per conſequēs ⁊ fideiuſſorē eius:al's ſecus p.l.egi.ſ.j.de ſolu.Et hoc no.⁊ tene mēti.qꝛ per hoc videť ꝙ ſi egi cōtra vnū ex fideiuſſoribus ⁊ fuit abſolutus adiecta cauſa:qꝛ principalis mihi ſolue rat talis abſolutio prodeſt etiam principali ⁊ alijs fideiuſſoribus. † Nec ob.ꝙ alteri per alterū non pōt acquiri exceptio: qꝛ iſtud eſt verū niſi ſint pſone inuicē ſe cōtingētes occaſione eiuſdem debiti:vt principalis ⁊ fideiuſſor. Nam pactum fideiuſſoris interdum prodeſt principali ratione cōtingentie quod non eſſet in penitus extraneo:iuxta illud qđ habetur.ſ.de pact.l.ſi vnus.ſ.j.et.l.idem in duobus.

Si cum vno. ¶ † Siue muteť perſona ſiue cauſa petēdi cenſetur alia queſtio eſſe diuerſa.⁊ nō ob.excep.rei iudi.Etiā ſi ſit eadē cauſa defenſionis.h.d.Glo.tñ videť dicere contrariū per.l.ſi quis ſeparatim.de appel. Vel poteſt dici qđ ibi ipſa

ibi in ipsa appel. que facta ab vno prodest alteri quādo est eadē causa defensionis. secus in cā pncipali: qꝛ sententia lata pro vno ex heredibus non prodest alteri etiā si sit eadē causa defensionis p istum tex. ibi dum dicit: nā ⁊ si eadē q̄stio. Pone enim q fuit absolutus vnus ex heredibus ex eo q defunct⁹ soluerat qđ si esset verū prodesset coheredib⁹: tamen hoc habet̄ pro vero solū quo ad illū qui fuit absolutus nō quo ad alios nec ob. qđ dixi in prece. §. qꝛ ibi se cōtingebāt occasione eiusdē debiti cū oēs pro eodē debito tenerent̄: sed hic inter heredes debitoris diuisum est debitū ⁊ qlibet teneret̄ pro parte sua tantum: ⁊ sic nō se cōtingunt.

1 **Si in iudicio.** ¶ † Absolutoria lata sup vsuris nō parit exceptionē rei iudi. super sorte. hoc primo: nec etiam sup vsuris si lata sit ex eo q inepte fuerint petite si postea apte petantur hoc secūdo. Et ita intelligo istū tex. sed glo. nō declarat. Scđa ps ibi: eadē erūt. Et pma pars pōt intelligi etiā quādo apte fuerūt petite: qꝛ erāt deducte in stipulatione ⁊ sic poterant per se peti sine sorte: ⁊ ita fuerunt petite ⁊ lata fuit absolutoria qꝛ non debite: nam non sequitur ergo sors nō est debita. Si autem fuisset lata ex eo qꝛ vel q sors nō erat debita: ⁊ per cōsequens non poterāt deberi vsure: tunc dicendū esset contrariū: qꝛ faceret preiudicium in petitione sortis eo qꝛ replicaret̄ in iudicium illud qđ semel fuit decisum ⁊ sic licet petatur res diuersa obstat excep. vt. l. si qs cū totum. §. si ancillā. s. eo. Ecōtra vero absolutoria lata sup sorte indistincte parit except. rei iudi. super vsuris: sicut lata sup re sup fructibus eius parit. vt in. l. fundi. s. tit. j. sed cōdemnatoria lata super sorte nō facta mētione de vsuris faceret preiudiciū in vsuris si non poterāt peti iure actionis sed officio iudicis mercenario. vt. l. iiij. C. deposi. ⁊ in. l. centū capue. de eo quod cer. loco. Secus si poterāt peti iure actionis. vt in. l. j. C. de iudi. ⁊ in. l. centum capue. Secundam partem in ver. eadē intelligo quādo quis petijt de facto vsuras ex cōtractu bone fidei non deductas in stipulationē: et succubuit ex eo: qꝛ inepte petijt: qꝛ non poterat eas petere sine sorte. vt. d. l. iiij. C. deposi. si vult postea petere sortē vna cum eiusdē vsuris poterit: qꝛ lata sententia propter ineptitudinem libel. non parit except. rei iudi. vt not. s. eo. l. ⁊ an eandem. in prin. in prima glo. mag. nec facit illa sentētia quominus cōtinue vsure currant et hoc dicitur hic. ¶ In text. ibi velit vsuras ante prosequi supple. et fuit prosecutus de facto: et succubuit ex eo qđ inepte petijt vsuras sine sorte: postea volebat petere sortem et easdem vsuras.

1 **Si quis in rem.** ¶ † Possessor absolut⁹ ex eo q dñium rei ad ipsum pertineat si a possessione cadat ⁊ ad actorem perueniat potest virtute dicte sententie ab eo recuperare nec ille auditur volens de dominio pbare qꝛ veniret cōtra sententiā. h. d. secundū vnū intellectū glo. quā etiā tenēt doc. in. l. iul. post prin. s. de cōdi. inde. Non tñ in tex. exprimit̄ qualiter fuerit absolutus sed glo. ita intelligūt: qꝛ si fuisset simpliciter absolutus videret̄ absolut⁹: qꝛ actor nō pbauit: ⁊ sic de iure ipsius possessoris nihil videret̄ pnuntiatū vt. s. eo. l. si inter me. et ideo non posset virtute eiusdem sententie recuperare agēdo etiā contra eundē: licet posset retinere excipiēdo contra eundē. Et prefatus actor non possidens admitteret̄ ad probādum de dñio suo quod per illam sentētiam nō perdidit. vt. j. eo. excep. cū ibi no. et probat̄ in. l. sextāte. §. latino. ver. q si possessor. ⁊ dixi. s. eo. si mater. §. deniq3 ⁊ ista distinctio probat̄ in. l. sed ⁊ si possessori. de iureiuran. Aduertendū tamē q etiā quando fuit absolutus ex eo quia erat dominus si non ita erat in veritate: imo actor erat dominus adhuc actor per illam sententiā nō desinit esse dñs qꝛ nō est causa habilis ad translationem dominij non secuta traditione: secus econtra quia si cōuentus rei ven. sit dominus ⁊ cōdemnatus sit ad restituendum rem actori tanq̄ dño cum non sit ⁊ illam restituat ipse desinit esse dominus: ⁊ dominiū transfertur in actorem licet ei restituatur tanq̄ sua ⁊ non tanq̄ sit ipsius restituētis. vt no. glo. insti. de offi. iudi. §. fi. ⁊ in. l. pompo. §. qui iussu s. de acqui. here. Sicut in re que dimittit̄ ex causa transi. vt in. l. si pro fundo. C. de transac. tamē tūc clauditur sibi os: vt nec agēdo nec excipiendo possit dicere contrariū vel probare: quia veniret cōtra sententiam: licet secus in alio casu quādo simpliciter vel ex eo qđ nō pbauit. Et si dicat̄ quid pderit sibi hoc dñium ex quo ipsum allegare nō potest nec probare. respōdeo posset prodesse si reus absolutus hoc fateretur q ipse actor erat dominus qꝛ licet sententia faciat presumptionē iuris ⁊ de iure ɔtra quē nō admittitur probatio in ɔtrariū. hoc est verum nisi per ɔfessionē partis vt not. in aut. sed iam necesse. C. de dona. ante nup. p Cy. et in corpore vnde sumitur per glo. Poterit autē iste olim possessor ⁊ nunc agens triplici via vti in recuperādo: vel quod intētet rei ven. ⁊ probat dominium per ipsam sentētiam vel qđ agat actione in factum. ex ipsa snia. vt. d. l. si possessori et sic inducta ad excipiendum proderit ad agendum. vt ibi no. sicut ecōuerso: vt dixi. s. eod. si a te. Uel poterit petere sentētiam illam executioni mandari: quia licet a prin. aliam executionem non tenuerit ex quo ipse possidebat nunc: qꝛ non possidet meretur: et hoc per ea que not. per doct. in. d. l. sed et si possessori. Legitur alio modo in glo. quod fuit absolutus ex eo: quia actor non probauit vel simpliciter quod idem est: ⁊ tunc verum est q non admittitur ad recuperādum virtute solius sententie per ea que dicta sunt: sed qꝛ habebat titulum a nō dño: ⁊ etiā bonam fidē ⁊ cū his etiā habebat sentētiā absolutoriā ɔtra verū dñm admittit̄ ad agendū publi. etiā ɔtra verū dñm: nec ille poterit eū excludere p exceptionē dñij: nec ob. q publi. nō datur ɔtra verū dñm: sed per exceptionem dñij excluditur. vt in. l. fi. s. de publi. qꝛ istud esset verū si solum haberet titulū ⁊ bonā fidē ⁊ non habuisset hāc sniam absolutoriā ɔtra verū dñm. vt hac. l. fm istū intellectū: quē tene mēti per hoc etiā pt3 non obstare ea que. s. dixi. ⁊ etiā. l. si inter me ⁊ te. ⁊ in. d. §. latinū ver. q si possessor. qꝛ pcederet qñ possessor q fuit absolutus principaliter: vel qꝛ actor nō pbauit nō haberet titulum a non dño: tunc enim nō haberet publi. ⁊ ideo ex illa sententia nullo modo posset se iuuare: ⁊ sic admitteret̄ ille qui non possidet ⁊ qui fuit originarius actor ad probādum de dominio suo non obstāte dicta sententia. Sed qñ habet titulū a nō dño ⁊ bonā fidem illa snia sibi pdest saltē q̄tum ad hoc vt roboret et fortificet publicianā: licet ex illa sentētia agere nō possit ⁊ ex istis remanet ista lex clara ⁊ vtilis ⁊ etiā glo. declarata. ¶ In glos. ibi: vel forte aliud. Ista opi. est falsa: quia idem in snia qđ in iureiurā. vt d. l. extante. §. latinus. ver. quod si pos. vbi est casus.

2 ☞ Si alius sine mādato egit nomine meo vel defendit causam et postea constituam eum procuratorem in eadem an videar per hoc ratificare prius gesta.

1 **Is qui heres.** ¶ † Ex causa de nouo superueniente qui primo succubuit admittitur ad agendū hoc primo. Item absolutoria lata in actione q̄to minoris facit preiudiciū i actione redhibitoria quatenus ad idem tendunt ecōuerso. hoc secundo. Item sententia lata contra falsum procuratorem non nocet dño si factum illius non ratificauit etiā si postea ipsum eundem procuratorē cōstituit ad eandē litem. Et illa sentētia non obstāte ille idem procurator admittitur. hoc tertio ⁊ vltimo dicit tota lex. † Et not. illum vltimum. §. per quem videtur q si alius sine mandato egit nomine meo vel etiam defendit causam: licet post ea pcura. constituā in eadem causa nō videor per hoc ratificare prius gesta: ⁊ sic illa mihi nō noceret: s3 ea que postea fuerit. In cōtrarium facit. l. iul. s. qui satisda. cog. De isto articulo tangitur in addi. Specu. in titu. de procura. §. j. in addi. que incipit de hoc ⁊ non clare ibi determinatur. Breuiter dic quod hic primo improbauit gesta per illum ⁊ postea ipsu3 cōstituit procuratorē ad agendū in eadem causa de nouo: ⁊ tunc nō est dubiū. Si autem expresse nō improbauit tūc distingue. Aut cōstituit ipsum ad agendū de nouo ad idē quia per hoc tacite videt̄ improbare prius gesta: et ita etiā potest hic loqui. Aut cōstituit eum ad prosequēdam litem iam ceptā: ⁊ tunc videtur approbare iam gesta propter necessariam ɔsequentiā: quia non possent valere sequētia nisi etiam valerēt precedētia ergo ⁊c. arg. in. l. illud. de acqui. here. ⁊ ita loquit̄. l. iul. qui satisda. cogan. ¶ Cautius tamen est q expresse ratificet prius gesta. ⁊ ita intelligo id quod not. Joā. and. in loco preallegato. Quantū ad hoc vt procurator admittatur ad psequendū: qꝛ propter dubiū posset reus obijcere nolo te admittere nisi precedentia ratificentur. ¶ In. §. j. in text. ibi eum qui alterutra earum egerit. supple ad fi. redhibendi ⁊ succubuerit: nam licet diuersificetur actio non diuersificatur causa ergo ⁊c. vt. s. eo. l. vnica. Sed si fuisset actum q̄to minoris non ad finem redhibendi: sed vt sequitur expressio quanto minoris fuisset empturus ⁊ succubuit non videt̄ repellendus a redhibitoria cum agatur ad diuersum finem. Et ita intelligitur contrarium formatum hic in glo.

1 **Si tecum.** ¶ † Ubi deficit fundamentum superedificari nō potest. ad hoc allegat Oldrad. istam. l. et etiam. l. nam origo. s. quod vi aut clam. ¶ In textu ibi egi tecum scilicet negatoria. quia pretendebas domum meam debere tibi seruitutem altius tollendi. et dic quod succubui.

2 ☞ Qui succubuit in sorte nō admittitur ad petēdum vsuras.

1 **Item si fundo.** ¶ † Qui succubuit in principali non admittitur iterū ad agēdum pro accessorijs. h. d. † Nota pro eo quod dixi. s. eo. si in iudicio quod ille qui succubuit in sorte non admittitur ad petendum vsuras. Et qui in fundo nō admittitur ad petendū fruc. vt. s. eo. titu. l. fundi. Nec etiam insulam natam in flumine ratione coherentie ipsius fundi vt hic.

1 **Um de hoc.** ¶ †Exceptio que obstat vẽditori obstat etiã emptori qui postea cãusam habuit. h. d. Sec⁹ si ante vt in. l. se. §. fi. ⁊. s. e. si mater. §. fi. Et pone hic casum qđ possidebas fundum meũ ⁊ egi rei ven. ⁊ succubui qꝛ nõ ꝓbaui Certe per hoc non ꝑdidi dñium. Postea istum fundũ vendidi titio quem duxi ad fundũ ⁊ in eo ipsum introduxi. Certe illud dñium in ipsum transtuli: licet non trãstulerim possessionem que erat apud te. vt in. l. si fundum. de fundo. dot. Querit̃ si ille emptor agat ꝯtra te. An possis sibi obijcere excep. rei iudi. Et dicit̃ ꝙ sicut si ego agerẽ: qꝛ nõ potui in illum emptorẽ plus iuris transferre ꝙ̃ etiam apud me erat ius elisum vel vulneratũ per sententiã: qꝛ licet remãserim dñs obstabat mihi tamẽ excep. Idem ergo in emptore: sed si vendidissem anteꝙ̃ egissem non obstabit emptori nisi sciuisset me agere ⁊ neglexisset. vt. l. sepe. de re iudi. Si autẽ caderes a possessiõe reuerteretur ad emptorem et velles nũc cõtra ipsum agere posset se defendere eo casu quo si reuerteretur ad me ego possem me defendere. s. si fuisses absolutus: quia non ꝓbaui vel simpliciter et nõ habuisses titulum a nõ dño. iuxta id qđ dixi in. l. si qs rem a non domino. ¶ In glo. ibi: si autẽ pro me. Pro euidentia glo. no. ꝙ tex. loquitur quando sententia fuit lata pro reo ⁊ cõtra veritatem qꝛ reus non erat dominus sed actor: et dicitur ista sententia non immutat veritatem: qꝛ nõ facit actorẽ desinere esse dominum. Quid econuerso si lata est pro actore ⁊ econtra veritatem: quia reus erat dñs. ⁊ ista glo. videtur dicere siue non sit facta executio siue sit facta: Sed in hoc vltimo nõ bene dicit qꝛ facta est executio: lꝫ reus tradat vel restituat rem nõ tanꝙ̃ suam: sꝫ tanꝙ̃ illius cui restituit nihilominus propter autoritatem rei iudi. si ipse erat dominus trãsfert dñium: si non erat domin⁹ transfert vsucapiendi cõditionem. vt plene no. in. l. pomponius. §. si iussu. de acqui. pos. ⁊ insti. de offi. iudi. §. fi. Secus si ex alio tit. transferatur ⁊ sic loquit̃. l. iij. §. subtilius. de condi. ob. cau.

1 **Udicate.** ¶ † Sententia lata pro libertate dãda cõtra vnũ ex heredibus alteri coheredi non nocet mero iure tamen fauore libertatis debet seruari etiam in eius preiudicium vt careat dñio serui et efficiatur liber cum non possit effici liber pro parte tamẽ conseruatur indemnis: quã ab ipso manumisso debet refundi pretium partis sue. h. d. in effectu tex. cum glo.

1 **Si debitor.** ¶ †Sententia lata cõtra autorẽ nõ ꝑiudicat singulari successori qui ante illam causam habuit si nõ fuit citatus vel requisitus ad causam. h. d. Supple ⁊ si ignorauerit causam agitari: al's etiam si non fuisset citat⁹ noceret sibi. vt in. l. sepe de re iu. ¶ Item dic ꝙ habuit causam ante sententiã et etiã ante litem inchoatam per autorẽ. Alias sibi noceret sicut si habuisset cãm post sententiam. vt no. s. eo. si mater. in fi. in glo. fi. ¶ In tex. ibi: nõ admonito. No. pro eo qđ dixi in. l. si de re iudi. ꝙ licet sentẽtia lata cõtra vnũ alteri non noceat. si tamen alter fuit citatus ⁊ nõ cõparuit vel nõ defendit causam bene nocet. vt etiã ꝓbatur in. c. inter quatuor. de maiori. ⁊ obedien. ⁊ in alijs iuribus que allegaui in. d. l. sepe hoc tamen limita vt ibi dixi.

2 ☞ Qui in libello expressit vnam causam puta intestati ⁊ succubuit. an prohibeatur agere ex alia. scilicet testati.

1 **Ex sextante.** ¶ † Qui egit peti. heredi. simpliciter ⁊ succubuit licet causam intestati dũtaxat fuerit ꝓsecut⁹ nõ audit̃ volens iterum agere ex testamẽto. h. d. ꝺm intellectum glo. qđ dic. s. eo. si mater in ꝑn. Et dic ꝙ fuerunt instituti. tres vnus in sextãte. i. in duabus vncijs. ⁊ quilibet aliorũ duorũ in v. vncijs: tamen illi duo totam hereditatẽ possidebãt videlicet quilibet pro dimidia: et ille institutus in sextante egit contra vnum illorum petẽdo totam dimidiã simpliciter dicẽdo ad se totam hereditatem pertinere. Et cum ille allegaret se heredẽ ex testamento replicauit de nullitate testamenti: et dixit totã hereditatẽ ad se ꝑtinere ab intest. et succubuit: qꝛ testamẽtum nõ erat nullum. Unde postea volebat agere tanꝙ̃ heres ex testamento ꝯtra eũdem pro dimidia sextãtis in vna vncia: dicitur qđ nõ põt postꝙ̃ egi simpliciter nõ exprimẽdo: an esset heres ex testamẽto vel ab intestato: licet postea replicãdo dixerit ꝙ ab in test. ¶ In glo. mag. post prin. ibi: ⁊ sic non refert: qꝛ ex causa ⁊c. sed ad contrarium de. l. post legatum. j. respon. Unde dic ꝙ ibi loquitur quãdo dedit libellũ principaliter non super hereditate sed super nullitate testamẽti ⁊ succubuit. Nam tunc non reputat̃ indignus eorũ que in testamento sibi sunt relicta. Secus si accusasset testamentũ de falso vel de inofficioso: quia tũc repelleretur ratione indignitatis. Sed hic dedit libellum principaliter super hereditate dicendo illam insolidum ad se pertinere. et non exprimendo ex testamento vel ab intestato et sic vtramꝙ̃ causam videt̃ in lib. deduxisse. vt. s. eo. si mater. §. deniꝙ̃ ⁊. §. eandẽ. in fi. Unde si succubuit repellit̃ postea nõ ratione indignitatis: sed quia causam testati ex qua vere erat heres pro sextante ⁊ quã in lib. deduxisse videt̃ nõ fuit ꝓsecutus. Unde sibi imputet licet fuerit ꝓsecut⁹ causam intestati ex qua non erat heres: ideo dixi ꝙ replicãdo allegauit de nullitate testamẽti non principaliter agendo vt nõ obstet istud contrariũ

2 et credo ꝙ hoc fuerit de mente glos. ¶ †In glos. ibi: sed an exceptio venit ad limitationem eius quod dixerat glo. in proximo ꝑcedenti. ver. vcꝫ. ꝙ si in libel. expressit vnã causam ⁊ succubuit: puta intestati nõ ꝓhibet̃ agere ex altera. s. testati. vt in. l. si mater. §. si qs autẽ. s. ea. h. d. glo. ꝙ istud est verũ virtute illi⁹ sentẽtie que nõ facit preiudiciũ nisi in causa in libel. expssa: sed bene ꝓhibetur agere alio respectu. s. electionis. qꝛ qui põt venire ex testamento et ab intesta. si eligat alteram istarũ statim facta electione perdit alterã etiam anteꝙ̃ sentẽtia sit lata vt in. l. fi. C. de iure codi. Certe in hoc glos. non bene dicit quia illa lex loquit̃ quando quis ex eadem scriptura poterat venire dupli ci via cõtraria. scꝫ ex testamento tanꝙ̃ heres directus et ab intest. tanꝙ̃ fideicõ. Sed in casu isto ambe iste vie nõ veniebãt ex eadem scriptura sed sola causa testati. Causa vero intestati ex nulla scriptura veniebat. Item ibi ex vtraꝙ̃ via volebat venire ex dispositione defuncti. Altera preter eius dispositionẽ. Item ibi male concurrebant in origine et erat locus electioni. hic non cõcurrebant. quia causa testati precedebat causam intesta. ⁊ ideo dic ꝙ indistincte non repellitur dicto casu nec virtute sententie nec virtute electionis. ¶ In glo. ibi in personali autẽ simpliciter ꝓposita omnia veniunt. Ista videt̃ expresse loqui ꝯtra tex. quẽ allegat. s. s̃ eo. ⁊ an eandẽ. §. actiones. qꝛ ibi dicit̃ ꝙ in ꝑsonali si detur libel. gñaliter vel simpliciter et postea prosequat̃ vnã tñ causam illa generalitas restringit̃ ad illã causam: vt ex ea dũtaxat videatur actum. Et illa tñ videat̃ in libel. deducta. Unde dic ꝙ glo. procedit in actione personali et vniuersali puta tute. vel nego. gest. si fuit libellus generalis et prosecutio specialis in vna specie: puta administratiõe talis ⁊ sententia generalis: quia tunc nocet in omnibus specieb⁹ etiã non prosecutis de rigore iuris competit tamẽ replicatio. vt in l. licet. C. de iudi. Sed si non erat vniuersalis: tunc habet locũ §. actiones. cum nec de rigore iuris noceat in non ꝓsecutis: vt ibi dixi. ⁊ qđ no. s. eo. si ex testamento in vltima glo. ibi: ⁊ sic nõ tanꝙ̃ iudicatum sed tanꝙ̃ repudians repellitur ⁊c. Dic verũ esse ꝙ isto casu quãdo sciuit testamentũ valere: et sic elegit viã intestati scienter que sibi nõ competebat censetur renuntiasse cause testati: et sic ab illa repelleretur virtute tacite repudiationis: et si in libe. causam intestati solã expressisset. vt. l. clodius. de acqui. hered. Nec tunc haberet locum hec lex quod repellat̃ virtute sententie. Sed in casu seq. quando errauit credẽs testamentum esse nullum non videtur repudiasse causa testati quã ignorabat sibi competere: nec virtute tacite repudiationis repellitur: sed bene repellitur virtute sententie postꝙ̃ est quod sibi imputetur. scilicet ꝙ libellum generaliter dictauit nõ restringendo se ad causam intestati quam putabat sibi competere et ita loquitur hic.

2 ☞ Ius pignoris non extinguitur in effectu quãdo creditor efficitur dominus rei pignorate reuocabiliter.

3 Hypothecaria est istius nature ꝙ nõ tollitur nisi creditori sit solutum vel satisfactum.

1 **Latinus.** ¶ †Si posterior creditor egit hypothecaria cõtra possessorẽ ⁊ obtinuit ex eo: quia possessor de iure suo non opposuit nõ ꝓhibet̃ prior postea per viam agendi hypothecaria recuperare a posteriore non obstante dicta sententia in qua licet fuerit pronuntiatum super non iure actoris non videtur pronuntiatum super non iure defensoris cum se ad inuicem compatiantur: quia potest esse vtriꝙ̃ obligata. Et postꝙ̃ de iure defensoris non fuit oppositum nec discussum: non sic in rei vendi. in qua si fertur sentẽtia ꝓ actore censetur lata super non iure defensoris: qꝛ nõ põt esse cuiuslibet cor insolidum: vnde cum sit pronũtiatum esse actoris cẽsetur pronuntiatum non esse ipsius rei: non sic si lata sit sentẽtia pro reo: qꝛ si est absolutus ex eo: qꝛ actor non probauit non propterea videtur pronuntiatũ super non iure actoris. ⁊ ideo si possessio ad actorem redeat non nocet sibi illa sententia: quo minus defendendo possit probare se dominũ et excludere porem victorem. Item posito ꝙ prior creditor efficiatur dñs rei hypothecate: et per hoc extinguat̃ pignus: qꝛ res sua nõ põt esse sibi obligata non tamen extinguitur ius prioritatis et sic ius retentionis si possidet: ⁊ etiam ius agendi per hypothecariam aduersus posteriorem si ille possidet. h. d. in effectu vsꝙ̃ in fin. iste. §. pulcer et vtilis. et venit ad declarationem. l. duobus. s. eo. que videtur contrariari. Sed non obst. qꝛ ibi prior creditor

creditor cōuentus a posteriore de iure suo allegauit: ⁊ super illo fuit cognitum ⁊ plene discussum ⁊ succubuit. vnde non pōt illud postea deducere per modum agendi: quia veniret contra sententiam cū tacite videatur sup illo ꝓnuntiatum ex quo fuit cognitum sed hoc nō allegauit de iure suo. vnde non potest dici ꝙ super illo censeatur pronuntiatū sed solū super iure actoris: ideo nō venit cōtra sententiā. secus in rei ven. in qua etiam si reus non dixit se dn̄m: si tamen est pronuntiatū actorem esse dn̄m censetur pronūtiatū reum non esse ⁊ hoc vult iste text. loquit̄ tamen hic qn̄ prior creditor ignorabat rē sibi esse obligatam: ⁊ ideo non opposuit. Quid autem si sciebat adhuc videtur idē: ⁊ quod possit postea de illo opponere non solum agendo: sed etiam excipiendo. Non soluꝫ si agatur actione pristina imo etiam si agat̄ ex sententia q̄r ista exceptio nō dicitur impugnare sentētiam. verum est enim esse obligatam actori vt sententia illa dicit: sed etiam sibi obligata est. Sed in contrarium facit equitas ⁊ malitia eius. arg. in. l. de rebus. §. de arbi. quia postq̄ sciuit debuit vti iure suo et non malitiose tacere: et ista forte verior est. Dubito tamen de presenti. ideo cogitandum est: quia doc. non tangūt. Et diuide istum. §. in quatuor partes q̄r primo ponit̄ thema ⁊ questio in agente hypo. vsq̄ ibi: respōdi. Secundo anteq̄ respondeat altius exordiendo ponit quid iuris in eo qui agit rei ven. vsq̄ ibi: cum autē. Ibi redit ad primum casum ⁊ determinat ꝙ reus victus nō prohibetur agere vsq̄ ibi: in proposita. Quarto contra suā determinationē facit vnam oppositionē diuersam et eam soluit confirmando prefatam determinationem. Item secunda pars continet duos casus. Primus quando fertur sententia pro actore rei ven. quia censetur lata super non iure rei etiā si de illo non per reū oppositū sit vsq̄ ibi: qd̄ si possessor. Secundus est ecōtra qn̄ fert̄ pro eo absolutoria: q̄r actor non probauit ⁊ tunc nō propterea videtur lata super non iure actoris: q̄r ista possunt similiter stare ꝙ actor est verus dominus: ⁊ tamen q̄r non potuit probare reus veniet absoluendus. Et ideo si reus cadat a possessione et reuertatur ad actoreꝫ si reus agat nō prohibetur actor ⁊ nō possessor probare se dn̄m. Et obtinebit defendēdo se licet agendo si non possideret non deberet audiri propter sententiam vt etiam dixi. s. eo. si mater. §. deniq̄. Sed si fuisset absolutus ex eo quia probauit se dn̄m tūc esset secus vt dixi. s. e. si inter me et te. ¶ †Vltimo no. in fi. ꝙ ius pignoris non extinguit̄ in effectu qn̄ creditor efficitur dn̄s rei pignorate reuocabiliter tamē quia res erat etiam alteri pignorata ⁊ sic poterit ab eo aduocari. Nam non debet effici deterioris conditionis ex eo ꝙ dominium acquisiuit. vt not. in. l. j. C. si antiquior credi. ⁊ ibi vide ho. glos. mero tamen iure extinguitur pignus: ⁊ ita innuit hic tex. †Item no. ꝙ hypo. est istius nature ꝙ nō tollitur nisi creditori sit solutum vel satisfactum posito qd̄ ius pignoris ex quo oritur mero iure tollatur. cōcordantie sunt. in glos. penulti.

PAulus. ¶ †Qui egit rei ven. ⁊ succubuit non prohibet̄ eandem rē petere actione personali. h. d. no. Et istud est verū nisi succubuerit ex aliqua causa que concernat etiā actionem personalē: vt si legatarius egit rei ven. pro re legata ⁊ reus fuit absolutus: quia legatum non fuerat factum vel inutiliter factum: nam non poterit agi actione ex testamento ꝑm docto. quod no. ⁊ tene menti.

¶ Finis prime partis Cōmentariorum dn̄i Pauli de Castro super Digesto nouo.

¶ Lugduni apud Sebastianū Gryphem Germanum: Anno a Christo nato vigesimoseptimo super sesquimillesimum.

Index quaternionum.
aa. bb. cc. dd. ee. ff. gg. hh. ii. kk. ll. mm., Horum. ll. et. mm. terniones sunt: reliqui quaterniones.

iij. Esdre. iiij.
Super omnia autem vincit Veritas.

PAVLI DE CASTRO

SECVNDA SVPER DIGESTO NOVO.



Habetur hoc in volumine Secunda pars Cõmentarioꝝ Pauli de Castro iuriscõsulti celeberrimi: in Digestũ Nouũ: elegantissimis iuris vtriusqꝫ doctoris famosissimi Francisci de Curte: pluriumqꝫ alioꝝ Additionibus ⁊ Apostillis: Summarijs itẽ Hieronymi de Marliano Mediolanensis aucta ⁊ illustrata. Nunc demum accuratissime ⁊ castigata ⁊ typis excusa: nihil eorũ que in alijs habentur editiõibus pretermisso. Indice postremo: qui omnia que notatu digna videbantur: et que sparsim Paulus noster toto opere complexus est: serie alphabetica copiose continet: in multo meliorem q̃ȝ hactenus ordinem redacto.

M·D·XXVII·

Tabula rubricarum huius voluminis.

Solennis et vtilis lectura

clarissimi vtriusq; iuris doctoris dñi Pauli de Castro inter modernos veri legũ interpretis sup scda pte.ff.noui.cũ Apostillis ꝛ summarijs Hieronymi de Marliano Mediolaneñ.

De verborum obligationibus. Rubrica.

1 †Queritur hic primo sup rubrica ista vtrũ in stipulationibus ad effectũ obligãdi requirit̃ cõsensus.videt̃ ꝙ nõ:sed sufficit verboꝝ forma: et sic verba postꝙ̃ obligatio ɔ̃hit̃ verbis.vt pꝫ in hac rub. In cõtrariũ dic vt regrat̃ cõsensus:vt.l.j.§.pe.ṡ.de pac.ꝛ ideo nascit̃ ciuilis obligatio rõne verboꝝ ꝛ naturalis rõne cõsensus lꝫ quidã dicũt ꝙ nõ oriat̃ naturalis.sed cõ 2 trariũ est:vt.l.fideiussoꝛ.de cõdi.inde. †Scdo q̃rit̃ quare potius noiatur a v̄bis ꝙ̃ a cõsensu. Rñdeo.q: cõsensus generaliter in oi cõtractu.vt.l.j.§.pe.vñ nõ fit noiatio a cõsensu ſꝫ a verbis[a] q̃ specialiter requirunt̃.sicut ɔ̃ctus non d̃r noiatus qñ stat in gñali noie vt trãsactio ꝛ pmutatio vt not.C.de rerũ pmuta. 3 sup rub.nã ꝛ hõ nõ d̃r noiat⁹ ex solo noie ſꝫ ex pprio. †Tertio q̃ritur quo iure fuit inducta. Rñdeo a iure ciuili positiuo. ideo d̃r ɔ̃ctus iuris ciuilis cũ ceteri sint de iure gentiũ.vt.l.hoc 4 iure.de iustitia et iure. †Quarto querit̃ quare fuit inducta. Rñdeo ppter necessitatẽ ꝛ vtilitatẽ.nã erat necessariũ interdũ obligationẽ cõtrahere in casib⁹ non prouisis a iure gẽtiũ vt in pmissionib⁹ iudiciarijs[b] ꝛ in pmissionib⁹ fideiussoꝝ.Itẽ etiã in casib⁹ a iure gentiũ prouisis vtile est stipulationẽ interueni re.ꝛ d̃r tũc cõuẽtionalis:vt.j.e.l.v.in prin.iũcta.l.si stipulat⁹.ṡ. de vsur.Et an tũc ipediat oriri obligationẽ ex originali ɔ̃ctu. 5 dic vt plene ꝛ subtiliter no.Bar.in.l.fi.si cer.pe. †Quinto q̃rit quare cũ solẽnitate verboꝝ vt pcedat interrogatio ꝛ sequatur responsio cõuertat̃ ordo. Respõdeo ne magis exprimatur cõsensus ne interdũ nõ precedẽte interrogatione multi pmittãt vel offerãt nõ tñ aĩo se obligãdi sed gratificãdi ꝛ credẽtes alteros non acceptare quo casu cessat si interrogatio pcedat[c] 6 hoc. †Ultimo querit̃ an sit cõtractus noiatus. Rñdeo sic cũ habeat speciale ꝛ elegãs nomẽ vt pbat̃ in.l.ex placito.C.de re. permuta.nã ex cõtractu innoiato nõ oritur actio ante iplemẽtũ.vt.l.iurisgentiũ.post prin.ṡ.de pac.ꝛ tñ si deducat̃ in stipulationẽ oritur licet obstet exceptio anteꝙ̃ impleat pro pte sua qui stipulatus est: vt.d.l.ex placito.ideo dicit Bart.in.l.ij.de cõdi. ob cau.ꝙ cũ hodie notarij in oib⁹ instrumẽtis apponãt in stipulationib⁹ dicẽtes.ꝛ predicta oia ꝛ singula pdicte partes promiserũt sibi ad inuicẽ per solẽnẽ stipulationẽ raro eẽ põt pbari cõtractus innominatus.q: transit in nominatum.

1 STipulatio non põt.†Lex ista vsq; ad finẽ ponit aliquos casus in q̃bus stipulatio vitiat̃ ꝛ est nulla.Et p̃io p defectũ psoneṽ ꝙ ibi.p̃ns.Scdo ppt interuallũ tẽporis ĩter interrogationẽ ꝛ respõsionem vsq; ibi.si quis ita. Tertio propter defectũ responsionis vsq; ad.§.si qs simpliciter. Quarto propter diuersitatẽ inter interrogationẽ ꝛ responsionẽ.Et ista quarta subdiuiditur in tres.nã primo loquitur quãdo est diuersitas in qualitate obligationis vsq; ibi:si stipulãti.Secũdo quãdo in summa vel rebus deductis in stipulatione vsq; ibi.eadem.Tertio ꝛ vltimo quãdo solũ in verbis.q: diuersa sunt idiomata.ꝛ tũc vitiat ꝛ ista prima pars.h.d.Qui nõ potest loqui vel nõ potest audire vel intelligere nõ potest stipulari nec per stipulatione obligari per se vel per alium qui sit in sua potestate.h.d.Et primo premittit vnũ ad euidẽtiam vsq; ibi.si ideo.Secũdo infert ad quatuoꝛ genera personarũ vsq; ibi.si quis igitur.Tertio ꝛ vltimo dat remedia circa illas quãdo expedit per eas stipulari:alias per stipulationẽ obligari. Redeamus ad casum. In tex.ibi.vtroq; loquente.subaudi et audiente vt sit bona illatio que subijcitur de surdo qui potest interdũ loqui et non a audit.ꝛ etiam de absente. Item subaudi ꝛ intelligente quod igitur ꝙ sit bona illatio de infante qui potest interdum loqui ꝛ audire.ꝛ tamen non exaudire.i.intelligere.Et idem intelligas in furioso.debet enim alter alterum intelligere per sensum auditus qui est ad hoc appropriatus.nec sufficit intelligere p motum labiorũ qui non est ad hoc appropriatus ſm Bart.ꝛ erat tẽpore suo quidã mutus ꝛ surdus qui intelligebat homines p 2 motum labiorum.†Et idem in omnibus vt debeant percipi ꝛ intelligi per sensum appropriatum.vnde in his que percipiuntur per visum.puta per scripturam nõ sufficit percipi solo intellectu si scriptura erat cancellata poterat tamen comprehen 3 di quid volebat dicere.vt.l.j.§.j.de his que in testa.de.†qd no. b ad illos habẽtes rationem reddere per sensum corporeum: vt l.testium.C.de testi.vt non sufficiat reddere per vnum sensum si consueuit percipi per alium.ita colligitur hic not.per Bart. qd no.Contrarium tamen videtur in sensu visus qui est generalis.vnde etiam in his que percipiũtur gustu vel auditu si talis interrogatus quomodo scit dicat.quia vidi.videtur sufficiẽs ratio.[d] ꝛ exponitur vidi.i.audiui vel gustaui. vt no.in.d.l. testiũ.Item subaudi precedente interrogatione ꝛ secuta respõsione.vt.ṡ.tit.j.l.obligamur.§.verbis.C.de vsur.l.j. Item per verba congrua:al's secus: posito etiam ꝙ se inuicem intelligerent si communiter verba ad hoc non aptantur vt not.insti. de inuti.stipula.§.sed hec solennia. Item supple cum intentio c ne contrahendi obligationem.vt.ṡ.tit.j.l.obligationũ substantia.§.fi.Itẽ supple incontinenti sine interuallo.quod dic.vt.j. proximo.§.ꝛ predicta.in vera stipulatione ĩ ficta vero vel presumpta a iure non requiritur solẽnitas verborum.sed sufficit ꝙ fingatur[e] interuenisse.vt.C.de rei vxo.actio.l.j.ꝛ.l.cum ostẽ 4 dimus.§.fi.de fide instru.†Adde alium casum in quo requiritur.scilicet in iuramento.vt no.Gui.de cuneo.ꝛ per Bart.in.l. qui iurasse.de iureiurando.qui tex.mouetur.de manda.prin. §.sed quia.vnde non videtur sufficere cum iuramentum defertur ponere manum supra librum nisi dicat.ꝛ ita iuro prout dicis cõmuniter tamen contrarium seruatur.tene tamen hoc mẽti si quis vellet aliquem a periurio excusare qui non fuisset locutus.quia forte posset.Est ꝛ alius scilicet in matrimonio quãdo possunt loqui contrahentes alias secus vt no.in.l.cũ notis 5 simi.in prin.C.de prescri.xxx.anno. †In tex.ibi neq; mutus subaudi etiam si intelligat quid agitur: sed ceteros cõtractus qui verbis non contrahũtur bene potest tunc mutus facere. vt in.l.nam quia dicta.§.fi.ṡ.de pac.ꝛ.l.mutus.de iureiuran.Dicit tamen Bart.hic vnum verbũ de quo est mirandũ quod talis mutus equiparatur pupillo:ideo requiritur autoritas curatoris in alijs cõtractibus.Sed hic reprehenditur per Ang. ꝛ Bal.quia eum intelligit equiparatur maiori nec requirit̃ autoritas ꝛ solus potest actum facere etiam obligatorium.vt idẽ Bar.expresse no.in.l.mutum.de acqui.heredi.ꝛ in.l.ij.ṡ.de bo. pos.infan.fu.ꝛc.Sed quando nõ intelligit equiparatur infanti ꝛ furioso ꝛ requiritur autoritas curatoris.ꝛ actus debent ex d pediri per ipm curatorẽ.vt.l.seruo inuito.§.si pupillo.in fin.ṡ. ad trebel.vbi est tex.sing.Sed do.Rapha.cu.saluat Bartol.vt possit procedere dictum suũ quando intelligit sed nõ bene potest exprimere suum conceptum.sed miroꝛ de hoc q: potest exprimere nutu.nec cõprehendo ꝙ possit esse mutus intelligens qui poterit animum suum nutu exprimere.An autem poterit facere vltimas voluntates.distinguitur aut loquimur de testamento.ꝛ loquitur.l.discretis.C.qui testa.fac.pos.an in codici 6 lis ꝛ legatis.ꝛ dic vt no.Bar.in.l.iiij.de leg.iij. †In text.ibi surdus subaudi omnino alias sec⁹.vt.ṡ.tit.j.l.j.§.fi. In tex. ibi.infans.hoc sine dubio procedit quãdo nullo modo potest vt si erat vni⁹ vel duorũ annorum vt si erat infans. Sed si erat in.vij.anno.in quo plurimũ loquũtur expedite videtur secus per.l.j.§.pe.ṡ.ti.j.ver.sed quo ad hunc ꝛc.ꝛ ita videntur limitari omnes.ll.de hoc loquentes.ꝛ sic etiã potest intelligi.l.seruũ. rẽ pupil.sal.fo.vt nõ sit ibi specialis de qua opponit glo. Sed an requiratur autoritas tutoris. Respondeo sic si ipse obligat alias non.ꝛ hoc patet in.d.l.seruo inuito.§.si pupillo.circa medium.vbi infans potest hereditatem adire cum autoritate tutoris.vt no.in.l.potuit.de iure delib.nec video ꝙ poterit ibi intelligi nisi de illo qui poterit expedite loqui.ꝛ adde qd no.in.l. 7 donaturum.C.de acqui.pos. †In tex.ibi.nec absens.ꝛ dicitur absens quantum ad propositum quando non posset audire.al's secus etiam si non esset in eodem loco.puta in diuersis

[a] Sed a verbis melioꝛ ratio est ſm Alex.q: ceteri ɔ̃ctus melius cõsensu sine verbis cõtrahi possunt ꝙ̃ stipulatio q̃ verbis cessantibus confici nõ põt:vt.j.l.j.

[b] Iudiciarijs põt etiaꝫ agi ex pacto facto ĩ iudicio absq; stipula.cũ illud pactũ tẽdit ad iuuãdũ iudiciũ scdm cõclu. Bal.in repe ti.l.tale pactum §.qd prouocauit ĩ xj.col.de pactis.

[c] Precedat.q: qñ aliqd fit ad ĩterrogationẽ alteri d̃r fieri magis deliberate. gl.est in.l.i emẽtis.C.de ɔ̃hend. empt.ideo dicit Lud.ro.ɔ̃sil.ccc xlvj.ꝛ ɔ̃si.cccxcj. ꝙ ɔ̃fessio facta ĩ hoc positiõi aduersarij tãꝙ̃ erronea nõ põt renocari.q: nõ cẽset̃ erratũ vbi pcessit d̃liberatio locut⁹ est an iuramentũ regrat verba.vide abb. in rub.de iureiurã.Cy.i autẽ.sacramenta puberum.C.si aduer. vendi.

[d] Sufficiẽs rõ. vide gloss.iij.q. viij.c.testes.bal. i.l.nõ oim.ṡ.de leg.Bar.in fi.C. de pericu.no.li. xj.cano.in fi.de suc.ab intest.

[e] Fingat̃.ſꝫ qd si statutũ dicat qd tacita hypotheca sit peride ac si fieret expsſa an mulier pferat̃ creditorib⁹ alijs vide Lu.ro.ɔ̃si. cclvij.ꝛ de materia.l.cũ ostendimus per eũdem consi.cccxj.

cameris eiusdem domus ita ꝙ se inuicem non vident cum alter alterum audit non possent stipulari. vt insti. de inuti. stipula. §. item verborum. ceteri vero contractus qui verbis nõ contrahuntur possunt contrahi inter absentes per nuntium vel per epistolam vt. s. titu. j. l. consensu. ¶ In tex. ibi per seruum presentem stipula. ⁊ valet stipulatio siue concipiat verba in seipsum siue in dominũ siue impersonaliter loquatur et acquirit domino directam. vt. j. de stipula. ser. l. j. in princi. secus si in persona extranei: quia nec illi acquiret nec domino. imo est vtilis stipulatio. eo. titu. l. seruus alienus. ¶ In text. ibi. ⁊ erat qđ iussu. Sed quid si iubeat suo procuratori ꝙ promittat. respondeo in ipsum iubentem datur actio nõ ꝙ iussu; quia illa tm̃ locum habet in personis presentatis subiectis: sed datur vtilis institoria: licet esset prepositus negotiationi quo casu esset institor ⁊ daretur directa. vt in titu. de institu.

2 ☞ Discessus ante responsionem nõ habet vitiare stipulationem si incontinenti reuersus est. ⁊ secuta est responsio.

3 Quid si interuenit longũ internallũ vel alius actus extraneus.

1 **Qui presens.** †Si non est secuta responsio vel est secuta parte absente vel etiam ea presente post longum interuallum. ⁊ interueniente actu extrinseco stipulatio non conficitur. secus incontinenti. h. Et continet duo dicta. ꝑm ibi. si vero presens. ⁊ in vtroqꝫ stipulator recessit ante sequutã rñsionem. ⁊ primũ dictum pôt intelligi tribus modis. Primo ꝙ non secuta responsione. ⁊ tunc cum dicit ꝙ discessit subaudi maxime. nam idem si nõ discessisset per principium huius. l. vt requiratur ꝙ vterqꝫ loquatur. Secundo potest intelligi ꝙ est secuta absente tamen interrogante. et tunc etiam si interrogans reuersus est stipulatio non est secuta. quia stipulans debet respondentem audire vt in princi. huius. l. dum loquitur de muto ⁊ absente. Tertio potest intelligi ꝙ secuta est responsio post reuersionem ⁊ sic illo presente: ⁊ tũc subaudi quod fuit reuersus ex interuallo. secus si incontinenti. vt in seq. ver. si vero. ibi dum dicit mox discessit. subaudi. itẽ si nõ mox sed interuallo. quia fuit interuallum ante discessum

2 post discessum. †Ex secundo dicto not. ꝙ discessus ante respõsionem non habet vitiare stipulationem si incontinenti reuersus est ⁊ secuta est responsio. Sed cõtra quia diuertit ad extraneos actus ergo vitiatur stipulatio etiam si non discessisset: vt in. l. continuus in prin. j. e. Sol. et no. ibi de alio extraneo actu ꝙ discessu. nam discessus non reputatur omnino actus extraneus nisi interueniẽte lõgo interuallo. vt hic patet. ¶ In glo. fi. ibi vel etiam longo ibi reprehendunt istam glo. quia quãdo interuenit longum interuallum etiam si non interuenerit aliquis actus extraneus vitiaretur stipulatio. cuius contrarium sentit glos. ista. Et dicũt hoc probari in allegatis in glo. sed certe ille. ll. loquuntur quando interuenit actus extraneus. vnde glo. videtur tenenda ⁊ est not. quia si de mane facta esset interrogatio et de sero vel etiam die sequẽti facta esset responsio. si tñ neuter discessit de loco nec diuersi sunt ad extraneos actus illa glo. non vult ꝙ stipulatio non vitietur. Si autem discessit alter et postea reuersus distinguitur an interuenit longũ interuallum an nõ. vt in hoc tex. sed si interuenit alius actus extrinsecus: tunc etiam si non discessit ⁊ etiam nõ interuenit longum interuallum stipulatio vitiatur. vt in. l. contraria. ⁊ incontinenti videtur rediisse si infra eandem diem. vt. l. cõtinuus in fi. prin. vbi hoc colligitur. secus si die sequenti. vt. l. ex duobus. de duo. reis.

3 †Recollige ergo quãdo alter discessit ante respõsionem aut responsio non est secuta vel est secuta illo absente. et clarum ꝙ hoc valet: aut est secuta per responsionem: ⁊ tunc distinguitur: an sit reuersus incontinenti vel non. si autem neuter discessit. aut non interuenit aliquis actus extrinsecus. ⁊ tũc non vitiatur stipulatio etiam si ex interuallo secuta est responsio. vt in hac glo. pro hoc. l. continuus in prin. quia continuari videtur actus ex quo ad extraneum actum non processerunt. aut interuenit actus extraneus. et tunc aut fuit factus de necessitate nature vel erat pertinens ad actum: vt quia iuit ad vocãdum testes vel notarium. et non vitiatur stipulatio: vt. C. de testa. cum antiquitas. aut non erat de pertinentibus ⁊ tũc vitiatur. vt. d. l. continuus. nisi constat in solis verbis. puta Arma virumqꝫ cano. promitto. nam illa verba impertinentia stipulationem non vitiãt. l. que extrinsecus. j. eo.

a ¶ Iuramẽtum si iuramentũ habet vim clausule. si non valet vt ago valeat vt valere potest. vide per Lud. Ro. cõ si. cccccxvij.

2 ☞ Stipulatio inutilis an habeat vim pacti.

3 Ubi agitur de obligatione contrahenda si non valet qđ ago: vt ago non valet vt valere potest.

4 Si in instrumento continetur cõfessio mutui de qua solus notarius attestatur non autem de numeratione non debeo agere ex mutuo et narrare me tibi mutuasse producẽdo instrumẽtum confessionis ad hoc probandum.

5 Quid si statutum dicat instrumẽta mutui mittenda esse executioni an potero tunc petere executionem dicti instrumenti continentis solam confessionem.

6 Obligatio fideiussoria ꝙ non possit stare sine principali. Officio iudicis an possit accedere fideiussor.

7 Interrogatus an velit bona sua relinquere tali si respondeat cur non vel cur alteri an videatur eum heredem instituere.

8 Si causa est commissa consulenda tribus et vnus consuluit reum absoluendum et alter condemnandum alius vero dicat se non videre cur non debeat condemnari ꝙ iste videatur concordare cum secundo.

9 Iudex si dicat in sententia se non videre cur non debeat condemnari an videatur condemnare et quid si dicat credo ipsum condemnandum.

1 **Si quis.** †Responsio facta per verba dissimilia idẽ tamen importantia non vitiat stipulationem secus si non per verba sed per signa. Item ex stipulatione inutili nõ oritur obligatio etiam naturalis. ideo nec potest accedere fideiussor. h. d.

2 ¶ †In text. ibi. et quid not. hic ꝙ inutilis stipulatio non habet vim pacti. quia non parit obligationem naturalem. Contrarium videtur determinare glo. in. l. iurisgentium. §. igitur nuda. s. de pactis. Bart. ibi soluit ꝙ hoc debet intelligi quando apparebat partes stipulari voluisse et non simpliciter pacisci. al's glos. quando erat dubium non aliter saluari aliter diceret contra istũ tex.

3 ¶ †Item not. ⁊ ad hoc allegatur ꝙ vbi agitur de obligatione contrahenda si non valet quod ago vt ago non valet vt valere potest cum hoc cõcordat. l. j. §. eum qui. de consti. pecu. ⁊ hoc est verum siue non valeat propter defectum forme siue propter defectum materie siue potentie. quando autem de obligatione dissoluenda. q̄ hoc fauorabilius est. tunc distingue quando non valeat propter defectum forme. et tunc idem. aut propter defectũ materie. ⁊ tunc secus: quia valet vt valere potest. vt de accepti. l. an inutilis. ꝑm vnam lectu. et ideo hic not. glo. magna. et in. d. §. eum qui. reddit rationem. Barto. tamen hic examinat istud brocardum. et Cy. in. l. codicillum. C. de test. tu. aut melius retineat collige. vj. casus. et in duobus primis valet. ⁊ in duobus secũdis indistincte non valet. ⁊ in duobus tertiis valet. tamen secus est quando constat de intentione partium ꝙ noluerunt valere vt valere potest. vt hic in glo. que incipit. nisi forte. ⁊ probatur in. l. j. s. de condi. et videtur de mente partium constare si interuenerit

pena insolidũ: vt.j.l.proxi.§.fi.⁊ hic in gl. que incipit.j.l.proxi. qđ dic vt ibi declarabo: ⁊ per predicta sunt expedita: ⁊ alia que Bart. tangit in sequẽtibus oppo. post predictã distinctionem scđam vsq; ad tertiã distinctionẽ inclusiue vsq; ad questiones: 7 sꝫ per plura verba. ¶ †In fi.tex.ibi ꝗuis ipse dñs.idest principalis promissor. No. ergo ꝙ etiã quando factũ est diuiduũ si principalis promissor facit pro parte tantũ committit̃ stipulatio insolidũ qđ intellige etiã si prima stipulatio esset pretoria: qꝛ equitas pretoris nõ iuuat eũ vt possit totũ facere: sꝫ bene iuuat heredes. limita tamẽ quãdo interuenit stipulatio penalis al's ad interesse cõmitteretur solũ pro parte pro qua venit ꝯtra vt.j.rẽ ra.ha.si procurator. Item scđo locũ habet hoc in extraiudicialibus vel etiã in iudicialibus decisorijs: vt.j.l.proxi.§.fi. secus in p̃patatorijs in quibus committit̃ pena insolidũ mero iure. Sed obstat exceptio de eq̃tate: qꝛ in illis mitius ꝓcedi tur ad hoc est casus in.l.si seruus.§.si pluriũ.si qs cau. qđ dic vt ibi dixi. Tertia limitatio est qñ erat vnũ factũ: ⁊ ipse fecit ꝓ parte: si autẽ plura. ⁊ ip̃e fecit vnũ ⁊ aliud nõ: tunc pena committit̃ ꝓ parte nisi fuerit dictũ expresse contrariũ ꝙ cõmittat̃ si p̃dicta vel aliqua predictorũ obseruata nõ fuerint: et ita cõiter dicunt notarij: ⁊ hec habent̃ ĩ Spe. de arbi.§.fi.ver.qđ si plura. Quarta limi. qꝛ loquit̃ qñ esset vnus solus debitor: sꝫ si plures. ⁊ vnꝰ faceret partẽ suã alius nõ esset idẽ qđ in pluribus heredibus vnius debitoris: vt not. in.eo.§.versi.vt autem. Ultimo limita oĩa predicta vbi nõ faciens fuerit impeditus: qꝛ tunc de equitate penã euitat tã in obligatione facti per.l.si vehẽda.§.idem iuris.ad.l.rho.de iac. ꝙ in obligatione dãni si propter paupertatem superuenientẽ nõ dedit: vt in Spe. de loca.§. nunc vero aliqua.ver.xxix. qđ etiã tenuit Jac.bu.in.d.§.si pluriũ. ⁊ Bar. hic. Itẽ illa distinctio inter dationẽ ⁊ factũ: licet fiat de iure ciuili nõ fit de iure canonico: vt no.in.c.suam.de peñ. ⁊ ex predictis habes quicquid est hic vtilitatis exceptis duabus.q. vltimis quas ponit hic Bar. de quibus tamẽ tetigi in.§.item si in 8 facto. ⁊.§.cetera. †Ultimo Ange. dicit hic aliqua bona verba quãdo statutũ diceret ꝙ occidẽs decapitet̃ nisi habeat pacem ab heredibus offensi. an sufficiat habere pacẽ ab vno. nã Bar. tenet ꝙ nõ: sed requirat̃ maior pars Ang. videt̃ dicere ꝙ in maiori parte nõ debet cõputari mulier[a] quoniã ad ipsam nõ pertinet vindicta sanguinis nec manualiter eã facere teneat̃ ꝑ gl. que est in.c.j.§.ho autẽ no.in fi.mag.glo. qui feu. dare pos. dicit etiã ꝙ si vnus ex heredibus esset de familia vel cõsortio occisi: ⁊ alij essent extranei ille solus preferret̃ omnibus quoniam ad ipsũ petinet vindicta plusq̃ ad alios. ar.l.j.cũ seq. de libe.cau. ⁊.l.iul. si quis omis. causa testa. ⁊ remittit ad no. ĩ addi. Spe. de treug. ⁊ pace. vbi alique questiones no. ponunt̃ circa hunc articulum. dic ⁊ vltimo ꝙ ante condẽnationẽ factã de crimine sufficeret habere pacẽ ab vno per.l. sub hac. qui ⁊ a qui. ⁊ si facta esset alijs presentibus: ⁊ nõ cõtradicentibus: etiã post condẽnationem sufficeret: qꝛ viderent̃ alij cõsentire per.l.cõsilio.§.fi. de cura. furio. ⁊ idẽ si essent absentes ⁊ sciuissent ⁊ potuissent prohibere: ⁊ nõ fecerunt nec prohibuerũt. Paulus.

a ¶ Mulier. vide ad hoc qđ voluit idem Ang. cõsi. cclxxxvij. ⁊ vide que posui.s.i.§. ex his.

b ¶ Cõsuluisse. vide eũdẽ ꝯs.ccxv. Lu.ro.ꝯs.lxxiiij. Frã. de are. cõsi. cvij.

1 **Si is qui.** †Stipulationes de quibus hic licet cõtineant factũ indiuiduũ quatenus tamẽ cõmittuntur ad penã vel interesse dicunt̃ diuidue. h.d. facit quod no. glo. in.l.ij.§.j. qui incipit. qui viam.s.eo.in fi. ¶ In text.ibi pluribus heredibus relictis subaudi: ⁊ omnibus fuit res euicta qꝛ vẽditor nõ defendit vel qꝛ nõ plene. ⁊ si omnibus heredibus stupulatoris fuit contrafactũ: ⁊ in hoc differt a precedentibus.§. qui loquunt̃ quãdo vni tantũ vel ab vno tatũ ex heredibus fit cõtra ⁊ ista stipulatio est penalis quatenus duplũ excedit simplũ ⁊ cõtinet principaliter factũ indiuiduũ qꝛ promittit de faciendo qđ nõ põt fieri pro parte vt in fi. Sequẽtes autem stipulationes cõmittuntur ad interesse ⁊ similiter principaliter cõtinet factum indiuiduũ vt in exẽplis qđ declara vt colligitur ex glo. ¶ In tex.ibi ex parte recepta sunt iste tex. innuit qđ aliud si ex parte stipulantis vt in exẽplis.s. positis. ⁊ aliud in heredibus promissoris vt statim sequit̃ sed ista nõ est eius intẽtio que diuidua sunt ex parte vnius: sunt etiam ex parte alterius. vt.s.eo.l.ij.§.ex his. sed vult dicere ꝙ lꝫ illud qđ cõtinent iste stipulationes scđario vt pena vel interesse sit diuiduum vt in exemplis supra positis illud tamẽ qđ continet principaliter qđ incumbit promissori ne stipulatio ad penã vel interesse cõmittatur est indiuiduũ. Et no. ꝙ defensio est indiuidua: qꝛ non potes me defendere pro parte: ⁊ pro parte nõ vt euites penã: ⁊ ita loquit̃ hic. Similiter si cõtra te ago nõ potes te defendere pro parte: ⁊ pro parte non sed si sunt plures cõuenti. ⁊ vnus se defendit alter nõ põt expediri iudiciũ: ⁊ differri quo ad aliũ: vt l. non idcirco.s. de iudi. ⁊.l. de vnoquoq; de re iudi. ⁊ vtrobiq; per Bar. sufficiẽter. ¶ In gl. que ĩcipit stipulatio. ibi: qua agitur: vt destruat̃ qđ factũ est: imo qꝛ agatur ad interesse: qꝛ non fuit destructũ: illa enim que datur ad destruendũ competit cuilibet insolidum ₰m docto. qui reprehendunt hanc glo. cum distinctio nõ possit fieri pro parte: sed intentio glos. fuit ꝙ licet nõ possit pro parte ob. tamẽ actio ad destruendum cõpetit cuilicet pro parte sicut videmus in actione depositi. ⁊ commodati que dãtur ad restitutionẽ rei: ⁊ diuidunt̃ inter heredes vtriusq;. ⁊ tamẽ restitutio nõ põt fieri pro parte vt in.l.si duo.s.depo. ⁊ in.l.iij.§.si heres cõmo. sed quicquid sit in illis in hoc doc. tenent qđ dixi. in alia glo. mag. vel scđo hec vera scđm oẽs. ¶ In fi. glo. ibi sed secus in heredibus fructuarij: ista glo. nõ bene loquitur innuit enim ꝙ finito vsufructu per mortẽ vsufructuarij: ⁊ heredes eius teneant̃ ad restitutionẽ vsuffructus qđ nõ est verum qꝛ ille redit ad proprietatẽ ipso iure: sed dic ꝙ tenet̃ ad restitutionẽ rei corporalis in quã habuit vsumfructũ ⁊ de hoc loquitur tex. ꝙ nõ potest fieri pro parte.

2 ☞ Uerbum merũ quid importet.

3 Introducta per statuta quãdo dicant̃ ciuilia ⁊ quãdo pretoria.

1 **Stipulationum.** †Hic ponit̃ tertia diuisio stipulationũ quadrimembris: nã omnis stipulatio siue contineat dari siue fieri: item sit diuidua siue indiuidua vel est iudicialis vel pretoria vel cõuentionalis vel cõis. de quibus pone exemplũ: vt in tex. vsq; ad.§. stipulatio. Et aduertendum qꝛ scđm membrũ de stipulatione pretoria recipit aliã diuisionem bimembrẽ: qꝛ oẽs pretorie vel sunt iudiciales vel conuentionales vel cões.j. de preto. stipu.l.j. in prin. ⁊ sic iudiciales ⁊ conuentionales: ⁊ cõmunes de quibus hic nõ sunt pretorie nam aliquando reperiuntur pretorie: ⁊ loquit̃ ibi. aliquãdo nõ loquitur hic ⁊ sic soluitur contrarium prime glo. ¶ In tex. ibi mero iudicis officio: expone iudicis. scilicet pretoris viuentis: ⁊ dic mero qꝛ pretor mortuus de illis se nõ impedit nec eas adinuenit per sua edicta: sed iudex qui cognoscit deꝰ causa cum debeat habere equitatem pre oculis: vt in.l. ꝙ si ephesi. de eo qđ certo loco. facit eã interponi vbicunq; equitas suggerit: vt est casus de dolo: vt in.l. creditor. de pig. ac. ⁊.l. si post actum de rei ven. ex equitate illarũ.ll. ⁊ etiam si esset casus in quo per nullam.l. prouideretur. ⁊ iudici videret̃ equũ interponi cautionem posset facere interponi eã ex arbitrio sibi dato a lege per illam.l. ꝙ si ephesi. pretorie vero sunt que proueniunt ex mero pretoris mortui officio vt sunt ille que fuerũt inuente per p̃torem in suis edictis: de quibus.j. de preto. stipu. cum tit. seq. ⁊ in tit. de dã. infec. ⁊ in ti. vt leg. no. ca. ⁊ ideo dicuntur ex mero pretoris officio: quia pretor viuus seu iudex nihil ex suo arbitrio põt augere seu minuere de eis: sed debet sequi formã traditã ex 2 edicto pretoris: vt.j.eo.l. ex conuentionalibus: †⁊ sic no. significatum huius verbi merũ nam dicit̃. idest purũ sine administratione alterius.s. de iurisd. om. iudi.l. imperiũ. per qđ dicit Ange. se consuluisse[b] ꝙ si statutũ diceret ꝙ a mera interlocutoria nõ poterit appellari: sꝫ a nõ mera sic. Sed si iudex pronũtiauit instrumentũ mandandũ fore executioni poterit appellari: qꝛ licet sit interlocutoria tamẽ nõ mera: qꝛ illa est mera que fertur inter principiũ cause ⁊ finẽ: ⁊ sic post eã sperat̃ diffinitiua: vt no. in Spe. de sen. iudi.§.j. circa prin. ⁊ aliã post se nõ expectat diffinitiuam: lꝫ si interlocutoria qꝛ nõ seruato ordine iudiciario qui debet seruari in diffinitiua: vt.l. prolatã. C. de sentẽ. Et dicit ꝙ multi doc. bononie se subscripserũt: lꝫ quidã Padue cõtradixerunt: ⁊ placet sua determinatio. ¶ In glo. mag. ibi: itẽ differunt qꝛ pretorie ⁊c. hec vera: vt patet ex his que dixi super litera: alie due differẽtie glo. videt̃ ponere nõ sunt vere: quarum vna est ꝙ pretorie interponant̃ iudicis officio nobili iudice adito principaliter ob hoc ipsum iudiciales vero iudicis officio mercenario iudice adito principaliter propter aliud nã lꝫ frequenter ista cõtingant tamen nõ semper: vt videmus in cautione rati que est pretoria: ⁊ que petit̃ a procuratore actoris: nã iudex fuit aditus propter aliud per ipsum procuratorem: ⁊ reus per modũ exceptionis: ⁊ sic officio mercenario petit eã interponi: ⁊ econuerso. Reperit̃ cautio iudicialis peti officio iudicis nobili iudice adito ob hoc ipsum vt in casu.l. in omnibus.s. de iudi. nã illa cautio nõ est pretoria quãdo peteret̃ ab eo qui tenetur in diẽ vel sub cõditione ex cõtractu inter viuos: sꝫ est iudicialis ex equitate illius.l. Aliã differentiã ponit glo. que dicit ꝙ pro pretoria stipulatione nõ põt adiri nisi iudex ordinarius subaudi habẽs imperiũ: sed iudicialẽ põt facere interponi quilibet iudex etiam delegatus vel magistratus municipalis habens simplicem iurisditionẽ: illa differentia dependet a precedenti: qꝛ si precedens esset vera illa etiam esset necessaria: quia que expediuntur iudicis officio nobili sunt de imperio: ⁊ non possunt expediri per aliũ que vero mercẽnario sunt de simplici iurisditione: ⁊ deseruiũt actioni proposite: ⁊ ea que iure actionis expediuntur sunt de simplici iurisditione: sed qꝛ illa nõ est vera nec

vera nec etiã ista. vnde dic ꝙ siue sit pretoria siue iudicialis si pro ea interponenda principaliter iud ex adeat̃ dʒ adiri ordinarius habẽs imperiũ:si aũt incidẽter tũc etiã delegatus qui de cã cognoscit:ꝛ qlibet alius inferior põt facere eã interponi. Circa fi.gl.ibi cões aũt sunt:nec in ista pte gl.sentit:nõ enim dʒ inspici principaliter vel secũdario ad cognoscendũ q̃ sint cões: sed est dicendũ ꝙ ille sunt cões q̃ reperiunt̃ in qbusdã casibus ꝓuisis a ꝑtore mortuo.ꝛ in qbusdã nõ:sed ab alijs legũ cõditoribus vt ptʒ in stipulatione duple q̃ inuentione aĩalium prouisa fuit ab edicto ediliũ curuliũ qui erãt ꝑtores.ꝛ in qbusdã nõ sed ab alijs:vt pro rebus ꝑtiosis.ideo sumẽdo istud verbuʒ generaliter.ista stipulatio duplex est cõis dʒ intelligi mõ quo dixi. Itẽ ptʒ in rem pupilli saluã fore q̃ qñ prestat̃ pupillo fuit ꝓuisa a ꝑtore.ꝛ qñ prestat̃ cõtutori nõ fuit a ꝑtore ꝓuisa:sʒ per alios iuriscõsultos:vt i.ll.hic allegatis in gl. ¶ †Ultimo Bar. dicit hic vnũ ꝓpter qđ semp allegat̃ ꝙ si aliqua introducant̃ ꝑ statuta si quidẽ facta essent a ppl'o vel cõsilio generali qđ represẽtat ppl'm:vt no.gl.q̃ sit lon.cõsue sup rubrica nõ dicerentur ꝑtoria:sed ciuilis si aũt ab aliquo magistratu ꝑpetuo vel tpali: vt a comite vel marchione[a] epõ vel legato de latere diceret̃ pretoria facit.l.forma.C.de offi.ꝑfec.preto.ꝛ est hoc vtile qꝛ pretorie requirunt fideiussores,posito ꝙ per verbũ cautio esset ꝓuisum vt.j.de preto.stipu.l.ꝑtorie satisdationes.sed ciuiles inuente ꝑ hoc verbũ cautio nõ requirunt fideiussores vel pignora:sʒ simplicem ꝓmissionẽ solennẽ:vt in.l.sancimus.C.de ver.sig. Iteʒ qꝛ actiones descendentes ex edictis ꝑtorijs sunt annales lʒ edicta sint perpetua sed ciuiles sunt perpetue:vt.l.ij.C.de cõsti.pecu.hoc tñ vltimũ est in ꝑtorijs penalibus vel q̃ dant̃ ꝯ regulam iuris cõis ex aliqua specialitate:vt.l.in onerarijs.ꝰ.ʒ cũ testes de act.ꝛ obli.non in persecutorijs:ꝛ que dantur scđm regulam. qđ dicvt institu.de perpe.ꝛ tempo.actio.

2 ☞ Dominus cõstituendo procuratorẽ ꝛ in instrumẽto relenando ipsum ab onere satisdãdi:si promittat de iudicato soluẽdo scđm vsum consuetum an hoc sufficiat.
3 Differentia inter promissorem ꝛ fideiussorem.
4 Si dico promitto tibi qđ do:an ista promissio valeat nisi contineat aliquid in futurum prestandum.
5 Si in instrumẽto dicat̃ talis vendidit ꝛ tradidit tibi presenti ꝛ stipulanti quid operetur istud verbum stipulanti.
6 In donatione an veniat euictio.

1 **Stipulatio autem est.** ¶ †Stipulatio sumit̃ pro interrogatione ꝛ rñsione.ꝛ dʒ cõtinere aliqd in futurũ prestandum:satisdatio vero sumit̃ pro principali obligatione ꝛ accessoria puta fideiussoris.h.d.vsqꝫ ad.ꝰ.si sortẽ.†No.in.ꝰ.satis autem pro illa.q.quã ponit Cy.in.l.j.C.de satisd.ꝛ Bar.sup rubrica iudi.sol.qñ qs cõstituit ꝓcuratorẽ ꝛ in instr̃o relenãdo[b] ipm̃ ab onere satisdandi promittit de iudicato soluendo scđm vsum cõsuetum:vtrũ hoc solũ sufficiat an etiã requirat̃ ꝙ procurator se obliget aduersario de iudicato soluendo:ꝛ videtur hec secunda pars vera:qꝛ cũ regula sit ꝙ q aliũ defendit mãdato vel sine teneatur satisdare de iudic.sol.vt in.l.j.ꝰ.fi.seu pe.de ꝓcu.ꝛ.l.mutus.ꝰ.j.non dicitur satisdedisse nisi interuenerit principalis satisdatio.ꝛ etiã accessoria:sed si ipse se nõ obligaret non interueniret nisi accessoria ipsius dñi.ꝛ istã partem videt̃ tenere Cy.ꝛ fuit prima questio que sibi fuit cõmissa qñ rediuit de studio ad terram suam.dic vt in dictis locis habet̃.†No.etiã de expromissore:ꝛ que differentia sit inter promissorem ꝛ fideiussorẽ no.in aut.de fideiuſ.ꝰ.sed neqꝫ.no.etiam.in fi.ꝙ fideiussor vel alius expromissor nõ obligatur nisi in verbis.ꝛ sic per stipulationem vt in.l.blanditus.C.de fideiuſ.al's non diceretur proprie fideiussor vel expromissor:sed potest dici constitutor:vt in ti.de consti.pe. ¶ †Ultimo glo.hic dicit qđ si dico promitto tibi quod do.ista promissio nihil valet qꝛ debet continere aliqd in futurum prestandum non de presenti vel preterito nec ob.ll. allegate in glo.qꝛ in illis est infinitum quod complectitur omne tempus ꝯm glo.quod no.Barto.super ista glo.dicit plura verba:ꝛ Ang.dicit qđ glo.dicit verum intelligit̃ minus in quibus loquitur quando quis loqueretur in prima persona vel secunda:sed quando in tertia:vt cõtingit in instrumentis in quibus notarius loquitur in tertia persona locum habent verba Bar.mihi non placet iste modus loquendi:qꝛ non debet esse differentia an in prima vel tertia persona loquatur vt no. Inno.in.c.dudum.Sed dico[c] sic ꝙ aut loquendo per verba ꝑsentis temporis vel preteriti tpis quis nõ refert se ad actũ suũ sed aliud qđ dicit esse vel fuisse:puta promitto qđ iste seruus quẽ tibi vendo est sanus nullũ habens in se vitiũ vel qđ nõ est alteri obligatus vel vẽditus vt quotidie apponit̃ in instrumẽtis ꝛ tunc ista verba sunt obligatoria qꝛ videtur ꝓmisisse inter esse si cõtrariũ reperiatur.ꝛ iste est casus in.l.si ita quis.ʒ.alle. per glo.aut refert se ad actum suum.ꝛ tunc aut nõ apponitur verbũ promitto ꝛ põt se obligare:lʒ sit de presenti puta do vel dono tibi centũ q̃ sunt in presentia nostra.nã ex hoc verbo orit̃ obligatio ꝛ actio qꝛ videor in futurũ tradere:vt.l.si qs argentum.C.de do.ꝛ hoc voluit gl.in.l.ad eũ.cum fi.gl.mag.ʒ.de do. dũ dicit hodie ista ratio cessat ꝛc.aut apponit̃ verbũ promitto vt in terminis gl.ꝛ tunc nõ valet ꝓpter repugnantiã vt in hac gl.quã no.ꝛ ꝑ predicta rñdetur ad id qđ quotidie contingit† 5 qꝛ reperit̃ in instrumẽtis ꝙ talis vẽdidit ꝛ tradidit tali presenti ꝛ stipulanti.Quid operat̃ illud verbũ stipulanti cum illa verba vendidit ꝛ tradidit sint de preterito:ꝛ stipulatio requirat aliqd de futuro vt hic.rñdetur qꝛ cũ in vẽditione veniat euictio operatur quo ad eam vt videatur eam fuisse stipulatus. Idẽ si nõ venit euictio esset actus qui haberet causam successiuam:vt si dicat instrumentum ꝙ talis fecit talem presentẽ ꝛ stipulantem vsufructuarium fundi sui.nam cum proprietarius teneatur ad patientiam in futurum videtur illã promisisse.ꝛ istũ casum Bar.habuit de facto.ꝛ cõsuluit ita:sed si nõ haberet actũ successiuum nec veniret euictio:vt in donatione:vt si diceret̃ dedit ꝛ tradidit ex causa donationis talem fundũ tali presenti ꝛ stipulanti si quidẽ cõtractus fuit in fundo.ꝛ sic potuit venire realis traditio illud verbũ stipulanti nihil operatur:qꝛ nec in futurũ põt aliquid operari nec de presenti põt donatione obligari:qꝛ si esset obligatus liberaret̃ tradẽdo.Sed si extra fundũ factum esset instrumentũ.ꝛ sic non posset importare traditioneʒ iuxta no.in.l.predia.de acqui.poſ.tunc importarẽt obligationẽ vt teneatur tradere. 6 †Et istud est singulare:et in donatione nõ venit euictio qñ incipit a traditione:secus si a promissione:vt in l.aristo.ʒ.de dona.ꝰ.fi.ꝛ ibi no.in casu aũt isto venit euictio:qꝛ videt̃ incepisse a promissione:ꝛ hoc perpetuo tene menti:satis hoc põt colligi per no.hic ꝑ Bar.licet loquat̃ per verba obscura nec dat bene ad intelligendum.

2 ☞ Pena adiecta solutioni quantitatis an possit hodie peti: cum videatur adiecta in fraudem vsurarum ꝛ an soluta parte sortis committatur pena in totum.ꝛ nu.4.
3 Si arbiter cõdemnauit principalem ad danduʒ qui postea decessit pluribus heredibus relictis anteꝙ soluerit ꝛ vnus soluat alter non an pena in compromisso cõtenta cõmittat̃ cõtra omnes.ꝛ an compromissum transeat ad heredes.

1 **Si sortem.** ¶ †Stipulatio cõtinet aliqd dari vel hoc cõtinet fieri qđ ordinatur ad damnum vno ex heredibus ꝓmissoris nõ dante vel faciente cõmittit̃ pena insolidũ cũ effectu cõtra omnes pro hereditarijs portionibus qui tñ soluerũt recuperant a nõ soluẽte cuius culpa damnum sentiunt.h.d. ¶ In tex.ibi si sortẽ.ꝛ sic pecunia idẽ si certã speciem:vt.ʒ.eo.in executione.ꝰ.pe.tunc tñ maior est ratio dubitandi:qꝛ cum illa res sit cõis inter heredes promissoris nullus eorum potest soluere nisi partem suam.l.si fundum.ꝰ.si libertus.de leg.j.vnde soluenti partẽ suam nihil potest imputari quare non soluit portiones aliorũ:ꝛ sic pena non dicit̃ cõmitti nisi pro parte nõ soluentium non sic qñ promissa fuit pecunia.Sed doc.dicunt no.qđ imo põt soluere ptes aliorũ ne incidat in penam propter illos sicut ꝛ fideiussor de substantia debitoris ne cogatur soluere de suo:vt in.l.si procura.ꝰ.si ignorantem.ʒ.mand.in aut.si captiui.C.de episc.ꝛ cle.ꝯm Pet.Barto.ꝛ alios. 2 ¶ †In tex.ibi penã.Sed an hodie posset peti pena adiecta solutioni quantitatis cum videatur adiecta in fraudẽ vsurarum:vt in.l.cum allegas.C.de vsu.ꝛ vsure sunt hodie prohibite.vide plene per Bar.ʒ.eo.l.si ita stipulatus sum. ¶ In tex. portionem suam.nam principalis obligatio ad sortem diuiditur inter heredes promissoris.ideo dicit partẽ.Sed conditio si nõ solueris sortem qđ soluas penam non diuiditur inter eos: sed omnes loco vnius habentur:vt.l.cui fundũ.in fi.de condi.ꝛ demon.ꝛ hoc voluit glo.vltima.in prin.ideo ne pena cõmittatur implenda est insolidum.ꝛ hec est consideratio huius tex. ¶ In tex.ibi pena committeret̃.scʒ insolidũ ꝛ cũ effectu contra omnes etiã cõtra soluentẽ qđ est mirabile qꝛ soluit qđ debebat ꝛ tñ incidit in penã:ꝛ nõ fuit in mora:sed dic qđ ista pena committitur ꝯ eũ nõ propter morã suaʒ sed ꝓpter morã aliorũ ꝛ ex euentu cõditionis. ¶ In tex.ibi donec portio ideo sic soluitur qꝛ coheredibus soluentibus etiã postꝙ pena erat cõmissa ꝛ añ cõtestationẽ factã sup ea purgãt moram quo ad se ꝛ quo ad soluentẽ si nõ fuit opposita dies certa vt.ʒ.eo.l.si isulã al's secus si esset dies ꝛ pena q̃ ipediũt purgationẽ more vt.l.traiectitie.ꝰ. de illo.de act.ꝛ ob. 3 ¶ †In tex.ibi sñia iudicis.i.arbitri q cõdẽnauit ad dandũ ipm̃ ꝑncipalẽ q postea decessit pluribꝰ heredibus derelictis añꝙ soluerint.ꝛ vnus soluit alter nõ vel dic qđ cõdẽnauit heredes sʒ tũc debes itelligere ꝙ in cõpromisso fuit actũ ꝙ trãsiret ad heredes al's non trãsiret vt.l.dic̃ proferre.ꝰ. j.ʒ.de arbi.glo.tñ que incipit cõpromittentium timore huius

a ¶ Vel marchione.itellige si recognoscũt superiorẽ secus quia tũc sunt ciuiles vt voluit Ange. hic ꝛ sequit̃.qđ aũt talia statuta sint ius pretoriũ tenet Ludo.ro. ꝯsi.xxxvj.Alex. cõsi.xliiij.

b ¶ Relenãdo.ad de vt ꝑ Ioan.de ana.cõsi.xxvij.

c ¶ Sed dico.hec opi.do.Alex.nõ placet.vt hic ꝑ eũ ꝛ ꝑ his q̃ dicunt̃ hic facit qđ voluit Io.an.in addi.ad Spe.in ti.de obl. ꝛ solu. quẽ refert ꝛ seqtur ro.sing.suis qđ obligabo me tibi i futurũ ad x.ꝙ statim sum obligatꝰ,nec requiritur alia obligatio.

intellexit tex. quādo duo cōpromiserunt ⁊ si vno soluente alter nō tꝫ glo. illa ꝙ cōmittat̄ pena ⁊ cōtra ambos: doct. contra ꝙ imo cōtra illū solū ⁊ ita determinauit Spe. expresse in ti. de arbi. §. fi. ver. vt aūt. lꝫ doc. nō allegent ⁊ dixi in. §. cato. in glo. mag. ibi. illa si quis cautio. ¶ In iudicijs. i. in preparatorijs iudiciorū in quibus mitius agitur: vt in. l. stipulationes eo. ti. in extraiudicialibus: vt in prima parte. §. vel iudicialibus decisorijs. vt in scd̄a pte in quibus durius agit̄: vt. ṡ. de arbi. celsus. in prin. cū ibi no. est ⁊ alia differentia inter istū. §. ⁊ illū qꝛ ibi stipulatio cōtinebat factū diuiduum vt glo. dicit. ĩ. in ver. item cōtra. vbi reperit̄ istud idē contrariū hic continebat dationem vel factū qd̄ ad eam ordinabat̄. Itē ibi loquitur in ipso principali promissione implente pro parte in heredibus eius ideo cōgruentius signatus est ille. §. pro cōtrario. ad. §. cato. in fi. vbi loquitur de principali promissore: ⁊ conclude. ꝙ hic committitur tota pena ⁊ cū effectu: ⁊ qd̄ pōt exigi a quolibet ex heredibus etiam illo qui soluerat partem suā: vt est hic casus circa finem ibi: sed a coheredibus eis satisfieri dꝫ ⁊c. contra quem tex. loquebat̄ in arg. oppo. quā glo. ibi recitauit dū dixit obstāte exceptione pro parte soluentis. ¶ In glo. ibi. sed speciale: tu dic ꝙ ibi factum de quo hic ordinabat̄ ad dandum qd̄ arbiter cōdemnauerat ad dandum ideo reputatur potius datio ꝙ̄ factum sicut econtra datio cum ordinatur ad factū reputatur factum vt no. in. l. naturales. §. qd̄ si faciā. de prescri. ver. in prin. glo. mag. ⁊ vide qd̄ per hoc no. Bar. in. l. cū proponas. C. de dolo. Bal. aūt ⁊ Ang. dicunt inspiciendum esse per quē modum stipulator agat ad penam. nā si dicat ꝙ nō est paritū sententie arbitri in totū: tunc quia fundat se in facto: ⁊ illud factum erat diuiduū: nō pōt petere penā nisi pro parte: vt in. §. cato. Sed si dicat qd̄ quantitas ad quā fuit cōdemnatus nō est tota data soluta: tunc qꝛ fundat se in datione poterit petere totā penā. ⁊

4 ita dicit Ang. de facto in simili obtinuisse Perusij: †vbi est statutum qd̄ pena adiecta solutioni quantitatis non poterit peti tanꝙ̄ adiecta in fraudem vsurarū: ⁊ arbiter cōdemnauerat ad dandū: ⁊ condemnatus nō soluerat querebat̄ an pena promissa possit peti. ⁊ dubium erat propter hanc glo. cū dicit qd̄ pare re sentētie arbitri est facti: ergo ista pena pōt peti tanꝙ̄ adiecta obligationi facti. In contrarium facit iste tex. vbi cōmittit̄ in solidum pena ac si esset adiecta obligatione dandi: ipse dixit inspiciendū esse tenorē libelli qd̄ omnino displicet qꝛ esset imponere. l. verbis ideo tene qd̄ nō possit peti quocunꝗ modo[a] agat. ¶ In glo. fi. in prin. ibi. de condi. ⁊ demon. cui fundum. in fi. ⁊ sic no. qd̄ sicut cōditio est indiuidua quo ad heredes creditoris vt nō sufficiat eam impleri pro parte quantū ad cōsequendam partē cōmodi: ita nec quo ad heredes debitoris quantuꝫ ad euitationem pene videbatur contrarium hoc casu: qꝛ tractabatur de dāno vitando: sed in primo de lucro. ¶ In gl. ibi idē qd̄ de sorte: no. istū ver. pro eo qd̄ no. Bald. C. de his que no. in ix. q. vbi dicit qd̄ si promisisti mihi decē soluere in certo termino: alias noīe pene promisisti fundum. ⁊ soluisti nouē tantum ⁊ sic pena est commissa insolidū: vt in. §. cato. in fi. ⁊ qd̄ no gl. in auꝫ. qui rem. de sacrosan. eccl. si peto fundū debeo offerre nouē ⁊ restituere: qꝛ nō debeo habere sortē ⁊ penā: ⁊ hoc idē vult ista glo. qd̄ si pena consistat in quantitate illa nouem soluta postꝙ̄ non proficiunt ad euitationem pene cōuertunt̄ ⁊ cōpensantur in penā: lꝫ fuissent soluta pro sorte ⁊ pro eius obligatione: nec est hoc nouum ꝙ solutū ex vna cā: si nō prodest pro illa conuertatur in alteram vt in. l. post rem. ṡ. de transac. in. §. j. ꝺm Bart. ¶ In glo. fi. ibi. item no. qd̄ quidam dicunt dictū istorū esse expresse contra tex. in. l. fi. ṡ. de eo qd̄ certo loc. ideo glo. truffatur de ipso: lꝫ non allegat illam. l.

a ¶ Quocūꝗ mō. adde vltra ea q̄ hic ponit Alex. adherēs Pau. ꝙ voluit Raph. cu. ꝯsi. clxj. ⁊ date pene quando possint exigi siue sint adiecte facto siue dationi. vide p Lud. ro. cōsi. ccccviij.

2 ☞ Interdictio bonorū reddit quē inhabilem ad testandū ⁊ etiam in testamento testificandum.
Interdictio bonorum qualiter fiat per iudicē: ⁊ qñ interdicatur per legem ⁊ qd̄ tales alienare nō possint: ⁊ an possint se obligare. ⁊ nu. 4.

3 Interdictus bonis in quibus equiparetur furioso.
Qui non potest se obligare non potest etiam bona alienare.
Quid in mulieribus vel filijs si prohibeant̄ ex forma statuti sine consensu consanguineorum vel patris se obligare.

4 Interdictus bonis vel furiosus si iurauerit an teneatur iuramentum seruare.

5 Interdictio bonorū si fiat non ex causa prodigalitatis an valeat ⁊ auferat potestatem administrandi: ⁊ alienandi.

6 Furioso interdicitur bonis per legem absꝗ facto iudicis.
Quando ei datur curator an debeat citari.

7 Furiosus statim ⁊ prodigus post interdictionē factā p iudiceꝫ sunt in cura proximi agnati. ⁊ sic eorum tutela est legitima.

9 Interdictio sola an sufficiat vt auferat potestatē administrandi ⁊ alienandi.
An sufficiat sola datio curatoris.
Quid si interdictio esset nulla vel interdictus redeat ad sanos mores.

10 Interdictio si non est facta prodigo sed contrahentibus cū eo an valeat.

11 Pupillus si est doli capax quare obligetur naturaliter ⁊ prodigus non.

12 Prodigus cui bonis est interdictum an oblige̅t ex delictis.

1 **IS cui bonis.** †Interdictio bonorū nō reddit quem inhabilē sibi ad acquirendū: sed ad se obligādū. h. d. ⁊ hꝫ materiam quotidianā: ⁊ vtilē. †adde ꝙ etiaꝫ reddit inhabilē ad testandū: ⁊ etiā in testamēto testificandū vt in. l. is cui bonis. de testa. qd̄ est mirandū: cū isti actus nō sint sibi preiudiciales: qꝛ equiparat̄ pupillo vt in. l. certi cōdictio. §. qm̄. si cer. pet. qui non pōt testari nec esse testis in testamento. ¶ In tex. ibi interdictū est. s. per iudicē vt. l. iul. de cura. fur. ⁊ causa cognita ipso citato non aliter vt. l. obseruare. ṡ. eo. sunt ⁊ alij qaibus interdicitur per. l. vt heretici. C. de here. l. quoniā. ⁊ irretitus crimine lese maiestatis vt ī. l. fi. C. ad. l. iul. maiest. ⁊ isti etiā alienare nō possunt vt ibi: sed possent se obligare qꝛ in eorū pe

3 naꝫ: ⁊ nō in fauorē fit ista interdictio: sed hic in fauorē. ¶ †In tex. ibi acquirit: sed cōtra qꝛ equiparatur furioso vt in fi. ⁊ furiosus non stipulatur vt in. l. in negotijs. de reg. iur. Sol. tñ equiparatur furioso quando dissipat: ⁊ se obligat: vt in. l. is cui bonis. de tut. ⁊ cura. da. ab his. non cum acquirit: sed vere furiosus est etiā inhabilis ad acquirendū: qꝛ caret intellectu: prodigus vero nō caret vere: sed fingitur carere cum dissipat. ¶ In tex. ibi: tradere vero. scꝫ quantum ad hoc vt transferat dñium: vel etiam possessionem ciuilem: aut naturalem: qꝛ esset alienatio: sicut nec pupillus potest: vt. ṡ. de acqui. re. do. l. pupillus. sꝫ bene potest tradere de facto: ⁊ transferre detentationē: sed contra quod etiam possessionem iuris: qꝛ ex inutili contracru trāsfertur possessio: non dñium: vt. l. j. §. si vxori. de acqui. pos. Sol. verum est quando fit ab eo cui nō est interdicta administratio alias secus: ⁊ dicit Ang. esse notandū quod qui non pōt se obligare non potest etiam bona alienare: qd̄ no. pro statutis prohibentibus mulieres sine cōsensu consanguineorū: vel filiū sine consensu patris obligare: nec poterit transferre dominium vel possessionem quam habent: in alium Sed hoc est dubiū: quia iste nō prohibetur soluꝫ se obligare: sed cum sibi interdicta est administratio prohibetur etiā alienare: statutum aūt predictū loquit̄ de obligatione tantum: vnde cum sit stricti iuris nō videtur extendi ad alium actum aduersum: tene menti ⁊ ponde

4 ra: qꝛ quotidianum est. ¶ †In tex. ibi. obligari: subaudi etiam naturaliter. ideo nō potest accedere fideiussor: ⁊ quia furiosus etiam naturaliter nō obligatur: sed an si iurauerit teneat̄ iuramentum seruare: dicit Ang. qd̄ non: qꝛ si teneret̄ seruare obligaretur saltē naturaliter qd̄ hic prohibet̄ ⁊ ista ratio nihil vꝫ. nam qui tenet̄ seruare iuramentū cōpellit̄ officio iudicis non iure actionis qꝛ ex iuramēto nō orit̄ actio ⁊ hoc ptꝫ ex not. per Inno. in. c. nouit. de iudi. ⁊ per Bar. in. l. si quis pro eo. de fideius. ⁊ posito qd̄ obligaretur istā obligationē prouenientē ex mero iuramento nō pōt impedire. l. ciuilis cū iuramentū sit de foro seculari. hodie Bar. qui tenet idē assignat aliam rōnem qꝛ cōtrahendo in sui preiudiciū facit cōtra ꝓhibitionē huius. l. ⁊ sic peccat mortaliter: qꝛ nō obedit superiori. ideo iuramentum nō ligat ex quo sequit̄ peccatū vt in. c. cū contingat. de iureiur. sed nec ista ratio plꝫ qꝛ ista. l. non prohibet qd̄ dico qd̄ non contrahat qꝛ tūc procedet ratio Bar. sed resistit effectui cōtractus dicendo qd̄ nō obligatur. ideo cessat eius ratio ⁊ posito qd̄ prohiberet nō est verū qd̄ peccaret mortaliter cū ꝓhibitio sit facta eius fauore ⁊ hoc tenent moderni reprobantes opi. Bart. qui vbiꝗ ita tenuit: dicit ergo rōnem quia prodigus nō hꝫ rectuꝫ iudiciū qd̄ ptꝫ: qꝛ equiparat̄ furioso: ⁊ in iuramento requirat̄ rectū iudiciū ⁊ cōsensus qꝛ res sunt comites iuramēti vt valeat inter quos est iste vt no. C. de nup. aut. ibi posita. ⁊ ita disputando tenuit Fede. de senis. in. xxx. q. ¶ In glo. ibi: sed cōtra dicit. Istam eandē opi. firmat glo. in. l. j. in prin. de cur. fur. lꝫ contrarium videat̄ tenere in. l. is cui bonis. de testa. ⁊ illā videt̄ sequi Bald. in. v. l. j. de cur. fur. qꝛ notorium ex snīa equiparant̄ ⁊ vbi est notoriū snīa nō est necessaria: vt. l. emptorē. de act. emp. primam opi. sequit̄ Bar. ⁊ cōiter tenet. nā non sufficit notorietas prodigalitatis: vñ si iudex declarat aliquē esse prodigū. ⁊ sic induceret notorietas iuris hic nō sufficeret si nō interueniret interdictio bonorū vel datio curatoris q̄ habet̄ pro interdictione vt colligitur. in. l. iul. de cur. fur. ⁊ in. l. tutores. in fi. de admi. tu. ergo nec sufficit notorietas facti. Bal. in. l. j. tenet indubitanter quod pronuntiatio iudicis de qua. ṡ. sufficit qꝛ declarando eū esse prodigum videtur sibi bonis interdicere cum sententia declaratoria

declaratoria habeat vim dispositionis:vt.l.qd tñ.§.si arbiter.ff.de arbi.et in hoc opi.Bald.plus placet.sed si esset notorium facti dumtaxat plus placeret opinio Bart. quia nullum factū iudicis interuenit.dicit tamē Bar.ꝛ alij qui sequūtur illā opinionem ꝙ si cōtraheret in vsum manifeste prodigalitatis posset pcedere cōtraria opinio p.l.si quis cum sciret pro empto. et per hoc dicebā āno preterito in ardua questione de facto cū quidam manifestus prodigus cui tamē non erat interdictū bonis per iudicē fecisset cuidā donationē oīm bonorū suorum possēt dici non valere cū donatio sit prodigalitatis:ideo non cadit in administratione tutoris vel curatoris qui nō possunt dilapidare:vt.l.ab agnato.ff.de cura.furi.nō tñ fui ausus consulere[a] vt partes ad concordiam deuenirent collige tamē ex ista glos. ꝙplura.†Primo in principio ꝙ ista interdictio debet fieri ex causa prodigalitatis. ¶Sed quid si fiat non ex iusta causa an valeat ꝛ auferat potestatē administrādi ꝛ alienandi videt ꝙ sic si fuit facta cā cognita.[b] tex.est in.l. de pollicitationib⁹.infi.j.de polli.ꝛ.ff.de pui.cred.l.creditores.in.l.fi.ꝛ.l.diuus. de pe.here. ꝛ vide qđ not.Bar.in.l.filiusfa.§.diuus.de leg.j. q videtur hoc tenere ꝙ prohibitio alienationis facta per iudicem reddit alienationem nullā sicut facta per testatorem.†Item no. ꝙ furioso interdicit bonis.p.l.absqꝫ facto iudicis ex hoc dicit Ange. ꝙ qñ datur curator furioso non expedit ipsum citare: lꝫ secus qñ datur vt prodigo:vt dixi super tex.videtur tñ ꝙ sint citandi propinqui.per ea que no.in.l.tutor. de bo.pos.nō tamē dico ꝙ si non citant reddatur datio nulla:qꝛ sit potius de benignitate.†Item tertio collige ex glo.ꝙ furiosus statim ꝛ prodigus post interdictionē factam per iudicē sunt in cura pximi agnati ꝛ sic ptꝫ ꝙ eorum cura est legitima:lꝫ regulariter oīs cura sit datiua:vt no.in.l.de creationibus.de epis.audi.ꝛ insti.de cura. §.furiosi.Tutela vero regulariter reperitur legitima.vt in tit. de legiti.tuto.¶†Item quarto collige ex glo.dum dicit facta interdictione ꝙ sola interdictio sufficit vt habeat locum ꝙ hic dicitur absqꝫ eo qđ detur curator sic ecōuerso sufficeret sola datio curatoris qꝛ per hoc videretur facta interdictio.quod tenet hic Bar.sed Ang.dicit imo Inno.videtur tenere contrarium in.c.grandi.circa fi.de supplen.neg.prela.lib.vj. ꝙ non videt datio curatoris nisi pcedat interdictio:mihi plus placet dictū Bar.pro quo facit id qđ.ff.dixi ſm Bal.ꝙ sola declaratio pdigalitatis sufficeret ꝛ habet vim interdictionis:nam eoipso qđ dat curatorem vt prodigo declarat ipsum esse prodigū. ¶In glo.ibi alij contra istam partem tenuit Dy.ꝛ Bart. ꝙ sicut in precedenti questione non inspicitur id quod erat in rei veritate si non interuenerit factum iudicis intercedentis:ita hic non debet inspici ꝙ vere non est prodigus:sed inspicitur factū iudicis declarantis ipsum esse prodigum:vt habeatur pro pdigo qñ ad iudicē ptinet hec declaratio.nec ob.l.is.in ɔtrariū alle. qꝛ loquitur in pupillo vel in minore quorū etas declarat p naturam cōtra quam nō valet pnuntiatio iudicis:sed prodigalitas non declaratur per naturā:sed per iudicem hanc etiā sententiam tenet Sali.in.l.si putes.C.de peti.here.ꝛ dñs Rapha. hic contrariū tenuit Pe.quē sequit hic Ang. reprehendendo Bar.ꝛ eius verba multū mordaciter de ineptitudine: qꝛ nō est verum ꝙ etas declaret per naturā.vt dicit Bar.sed inducitur per naturam ꝛ declaratur p iudicē.vt.l.de etate.de mino. Preterea.l.tutor petitus.de tuto.ꝛ cur.da.ab his.manifeste cōfundit opinionem Bar.qꝛ ibi datur tutor pupillo habenti tutorē ꝛ non valet datio:qꝛ erratur in causa:qꝛ si datur tanꝙ nō habēti:ꝛ tñ habere vel non habere declaratur p naturā mihi videt opinio melior Bar. Primo pter id qđ.ff.dixi:qꝛ sicut in questione precedenti debet inspici factū iudicis potius ꝙ veritas: ita hic.Secūdo per id qđ in simili no. Cy.C.de pcur.lꝫ in quarta questione ꝙ si iudex pnuntiat aliquem esse legitimum tutorem cum non sit habet pro tutore legitimo qñ ad iudicē pertinet dare tutorē:vt ptꝫ in.l.j.§.item pōponius.qđ fal.tut.auto. ꝛ ea que ille faciet preiudicant pupillo ac si esset legitimus tutor:secus si pronuntiat aliquē esse pcuratorē cū non sit qñ ad iudicem non pertinet dare alicui procuratorem:sed qđ aliquis sit prodigus pertinet declaratio ad iudicē:ꝛ ante eam factā nō habetur pro pdigo:ergo post eā factā debet haberi.†Sed tertio probo p rationē difficilē:qꝛ iudex nō pōt interdicere alicui alienationē bonorum suorū etiam si nō sit prodigus:vt.ff.dixi: si ergo interdicit vt pdigo valeat interdictio vt valere potest non sic potest dare tutorē ei qui non est pupillus vel qui habet alium tutorem.predicta tamē intellige qñ causa est cognita: et imputet sibi quare nō appellauit. Itē predicta vera nisi manifestum ꝛ notorium sit ɔrium qđ non erat prodigus qꝛ tūc nō videtur fuisse habita plena cause cognitio dico tñ ꝙ tunc veniret interdictio rescindenda.arg.eius qđ habet in.c.ij.de pur. vul. ꝛ in.c.solicitudinem.§.si vero notorium.de appell.ꝛ quod not. Joan.an.in addi.in.c. quoniam contra.de proba. ante finem. in quib⁹ rescindit snīa ex eo qđ reperit notorie falsa cā in qua fundata est pōt tñ dici in snīa diffinitiua q̄ valet mero iure sed rescindit.decretū vero ipso iure nō valet si falsa subest cā: ꝛ notorie al's presumit pro decreto si fuit adhibita cause cognitio. Unū tñ facit cōtra qꝛ si fuisset vere pdigus ꝛ facta interdictio ipso redeunte ad sanos mores ipso iure cessaret interdictio: vt l.j.§.j.de cur. furi.ergo fortius si nō erat debet interdictio esse nulla:sed ad hoc respondet Sali.in.d.l. si putas. ꝙ non rediit ipse sine declaratione iudicis:qꝛ redierit ad sanos mores: ergo nec hic cessat interdictio nisi declaret ꝙ nō erat nec est pdigus:ꝛ ante istā declarationē nō poterit ɔtrahere obstāte interdictione:tene menti[c] qꝛ quotidiana sunt.†Sed quid si interdictio nō est facta prodigo:sed cōtrahētibus cū eo. Rñdeo si p iudicē cā nō cognita facit preconizari ꝙ nullus contrahat cū tali nihil releuat.ꝛ hoc tenet hic Bar.si cā cognita.ꝛ interposito decreto vel p viā statuti tūc tantū valet quātū si esset facta pdigo ꝛ ita intellige qđ no.Bar.j.de noua.l.j.ante fi.ad qđ facit quod no.in.l.ij.C.de indi.vidui.ꝛ.l.j.C.de cupre.vbi prohibitio facta emptori censet facta venditori ꝛ ecōuerso:vt ibi not. p doct. qꝛ sunt correlatiua:puta etiam ꝛ hoc no.qꝛ nullus tangit ꝙ sit necessarium hāc interdictionē publicare in locis publicis vt habeat locū ista.l.ne ɔhentes decipiant:al's valebūt gesta.dico p l.ff.de instit.sed ꝛ si quis.§.prescribere.ꝛ.§.de quo. ¶†Quero cū pupillus non habeat administrationē bonorū suorum sicut nec prodigus cui bonis est interdictum.vt.l.iusiur.qđ ex cōuētione.§.j.in fi.de iureiu.quare si est doli capax obligatur naturaliter.vt.l.j.j.de noua.ꝛ tñ pdigus nō obligat vt dixi sup tex. et idem in adulto curatorē habēte. Respōdeo vt no.p Bart.in d.l.j.j.de noua.ibi omnino vide.nā pupillus nō habet:qꝛ nūꝙ fuit sibi concessa:sed prodigo fuit semel concessa a iure naturali ꝛ ciuili:ꝛ postea ablata per interdictionē ꝛ hoc est plusꝙ primum:qꝛ.l.cuius autoritate interdicta est declaratio resistit actibus suis:ꝛ sic impedit naturalem oriri.vt.l.si nō sortem.in pnc. de condi.inde.sed actibus pupilli vel adulti non resistit sed nō assistit ꝛ hoc minus est:qꝛ impedit obligatio ciuilis postꝙ non assistit:sed naturalis q̄ nō impedit nisi cū resistit. ¶†Ultimo querit an ex delictis prodigus cui bonis est interdictū obliget glo.tenet ꝙ non.in.l.si quis in tantam.C.vnde vi.contrarium tenent doct.qꝛ prodigus equiparatur pupillo doli capaci: qđ ptꝫ qꝛ potest sibi acquirere vt hic in prin.ſm Bar.ꝛ talis pupillus obligatur ex delicto:vt in.c.j.ꝛ.ij.de deli.pue.hec ratio non placet:qꝛ imo in his que tendūt in preiudiciū equiparat furioso.vt in fi.ergo ꝛ pupillo infanti:melior est ergo ratio qꝛ ista.l. emanauit in fauorem prodigi ne dissipet sed delinques nō meretur fauorem hec est vera ratio. Intellige tñ de delictis consistentibus in faciendo:secus si non faciēdo ſm Ang.qui ad hoc tex.allegat in.l.pupillus.§.adeo q.ex cau.ī pos.ea. ꝛ facit vltra eum.l.fi.C.si aduer.delictum.ꝛ.l.j.C.in quib.cau.resti.in integ. non est necessaria vbi minor non incidit in delictum qđ consistit in non faciendo lꝫ secus qñ in faciendo:vt.l.auxilium.§. de lictis.de mino.ꝛ ista sufficiunt.

¶Cōsulere. ad deuidendū eius consiliū. cclxvij. in impressis per asuā.ꝛ vide que hic habes ī apostil.ad bar. ī characteribus.ꝺ tortis.

¶Causa cognita.Tenuit Rot. ꝙ ad suggestionem aliquorum facta īterdictio habeant nocere tm̄ illis q supersunt ꝛ qđ si talis faciat testm̄ in q̄ sint substituti illi q suggesserūt ꝙ testm̄ non valeat sed veniant ab intestato venientes et ꝙ illi nō possint pbare qđ talis erat discretus ꝛ prudens. vide deci. suis.de test.

¶Tene menti. Bal.ɔsi.cxxviij. j.lib.tenet ꝙ ipo reuertēte ad sanos mores non sit necesse aliquo decreto iudicis.

Impossibilis.

1 †Conditio impossibilis vitiat stipulationem Sed cōditio necessaria nec vitiat nec suspēdit.h.d.Uitiat em̄ alios cōtractus:vt.l.nō solū.ff.tit.j.ꝛ ibi ponit rō in fi. vitiat etiā liberationē:lꝫ sit fauorabilis nō sic in mō impossibili.qđ hic vt no.glo.in.l.cū donationes.C.de transac.

2 ☞Tempus si fuit appositū in pmissione ista puta pmittis mihi decem in kalendis si digito celū nō tetigeris lꝫ ista cōditio sit superflua nec suspendat dies tamen kalendarum apposita in promissione eam suspendit vt ante ipsam agi non possit: licet obligatio sit nata.

3 Quando negatiua est causa actionis dande:ille q agit ꝛ in negatiua se fundat necesse habet eam probare.

4 Negatiua qual'r pbet eo casu quo incūbit onus probandi.

In illa stipulatione.

1 †Dies apposita ɔditioni valide dependēti ex volūtate pmissoris censet repetita in pmissione: secus si conditio sit inualida vel ex voluntate pmissoris non dependeat.h.d.ista.l. cū.l.hoc iure.j.eo.que solet legi cū ista:qꝛ sibi contrariat a cōtrario sensu illius.l.ꝛ primo loquitur qñ conditio erat valida ꝛ dependebat ex volūtate promissoris vsqꝫ ibi:si cum eo.Secūdo quādo erat inualida.Tertio in.l.hoc iure.quādo non dependebat ex voluntate pmissoris:sed ex casu fortuito: non tñ per eā veniebat aliquid implendum vel dandum stipulatori:puta si nō ueris romam infra mensem promittis mihi dare cētum. Nam si ante lapsum mēsis peruenerit tibi tale impedimentum quod ire non potes statim agere possum nō expectato fine mensis:

sicut qñ dependet a casu fortuitu cũ sit eadẽ ratio: ꝛ hoc videtur sentire Ange. qḋ placet. ¶ In glo. sup. l. hoc iure ibi: qꝛ stichũ daret ꝛ decem in eius facto consistit: hec vera ꝛ cõmuniter tenetur per omnes limitando tñ vt. s. dixi ꝙ in. l. in illa cõditione dandi stichum pendet ex facto promissoris: ꝛ continebat aliqd dari stipulatori sicut promissio de dando decem: ideo propter similitudinem quam habent inuicem tẽpus appositum in conditione cẽsetur repetitum in promissione: sed in. l. hoc iure. cõditio non dependebat ex parte promissoris: ꝛ posito ꝙ dependeret nõ cõtinebat aliquid dari vel fieri stipulatori: ideo tempus appositum in conditione non censetur repetitum in promissione cũ qua nõ habet similitudinẽ: ideo statim ꝙ cõstat cõditionem non posse deficere agi põt etiam ante diem appositã in conditione. Ratio vero scḋi casus. l. in illa consistit in hoc qḋ illa conditio si in kalendis digito celum non tetigeris cũ sit necessariã habetur pro non apposita: qꝛ non suspendit dispositionem: vt. s. l. pxi. ꝛ eodẽ modo tempus in ea appositum ꝛ ꝑ consequens non potest videri repetitũ in promissione: ꝛ ratio probatur in. l. si in diem. §. fi. de condi. ꝛ demon. cum ibi no. ꝛ idem esset in casu primo aľs. l. stich⁹ erat mortuus tpe stipulationis: qꝛ illa conditio si stichum non dederis tunc necessaria: ꝛ haberẽ pro non apposita nec spectareẽ tempus kalẽdarũ. ꝛ hoc voluit glo. fi. in. l. hoc iure. ¶ Sed nũc extra glo. pro declaratione harum legũ opp. primo cõtra primũ casum. l. in illa. de. l. cũ stipulatus sim mihi a proculo. j. eo. Sol. breuiter stipulatio ad decẽ cõmittitur mero iure statim mortuo sticho. vt in. l. contraria. sed non possunt peti ante kalendas. ꝛ ita intelligo hic: ꝛ etiam ibi not. Sed cõtra qḋ etiam mero iure nõ cõmittatur ante diẽ j. eo. l. insulam. j. biduum ꝛ in cõmissum. ꝛ de ele. lib. vj. in prin. solu. ad penam conuentionalem cõmittitur statim vt dixi: sed ad interesse qḋ dicitur pena legalis vel ad aliam legalem penã nõ cõmittitur nisi elapso tempore apposito in conditione vt in iuribus contrarijs. ¶ Tertio oppo. ad primũ casum ꝙ si mortuus est stichus ante kalendas etiam post kalendas non poterit agi ad decem. vt. j. eo. l. si homo mortuus. cuius contrarium vult iste tex. so. ibi stichus fuit promissus: ꝛ si non daretur fuit promissa pena quo casu intelligitur ꝓmissa si fuit in mora dãdi stichũ sed si decessit ante morã non potest amodo in moram incidere ideo deficit cõditio sub qua pena fuit ꝓmissa: hic vero stichus non fuit ꝓmissus sed appositus in conditione: ideo nõ poterat mora cõmitti: vt non esset in obligatione vel petitione et vbi nulla petitio ibi nulla mora: vt. j. eo. l. pupillus. nõ ergo decem possunt videri promissa si fuerit mora dãdi stichum sed solum in euentum conditionis si non detur ꝛ ista conditio extitit ideo possunt peti ꝛ per hoc reprobatur glo. in. l. si decesserit qui satisda. cog. que loquitur contra istum nec cõsiderat distinctionem predictam. ¶ Item adhuc op. ꝙ non expectetur tempus sed statim poterit agi mortuo sticho per. l. fi. si in lege. §. si domus. s. loca. doc. non formant hic istud contrariũ. sed Bart. videtur ibi dicere ꝙ hic in contractu stricti iuris ibi in bonefidei qḋ non placet. per. l. item queritur. §. si legis. in fi. eo. tit. vbi expectatur etiam in bonefidei. vnde solue ꝛ melius: ꝛ tene menti ꝙ ibi facto debitoris contingeret vt conditio non posset existere hic non: ꝛ ideo videtur dicendum per illum tex. ꝙ si ꝓmissor occidisset stichum ante kalendas posset statim conueniri ad decem. tene mẽti: qꝛ est singularis limitatio. a ¶ Ultimo ad idẽ opp. ꝙ non expecteẽ tempus de. l. si quis heres ita stipulatus. in pe. char. s. de acqui. here. Sol. ibi: in hereditate que non recipit diẽ. vt in. l. hereditas eo die. de here. insti. ¶ Contra secũdũ casum. l. in illa oppo. ꝙ conditio si inutilis: tñ expectetur ꝑ id quod habetur in tex. ꝛ glos. de condi. ꝛ demon. l. si ita legatum. 2 Sol. †ꝛ tene menti illa limitat ꝛ declarat istas leges qꝛ loquũtur quando tempus fuit appositum in cõditione. Et queritur an videatur repetitũ in promissione quo casu distinguitur: vt in istis. ll. Sed si fuit appositum in ꝓmissione ipsa puta ꝓmittis mihi decem in kalendis si digito celũ nõ tetigeris: lꝫ ista cõditio sit necessaria ꝛ superflua nec suspendat dies tñ kalendarum appositus in promissione eam: suspẽdit vt ante ipsum agi non poterit lꝫ obligatio sit nata. ita loquitur ibi. ¶ Contra. l. hoc iure oppo. vltimo qḋ non poterit agi ante diem lꝫ cõditio sit casualis per. l. iiij. de condi. ꝛ demõ. Sol. verum esset si fuisset apposita dictio tunc q̃ denotat extremitatẽ temporis vt si titius non venerit in Italiam ante kalendas tũc ꝓmittis mihi decẽ. nã posset agi ante kalendas: lꝫ certũ esset eum nec venisse nec amodo venire posse peti nisi finitis kalendis: vt. j. eo. qui ante kalendas. ꝛ. l. stipulationes nõ diuidunẽ. §. pe. ¶ Ex his omnibus collige distinctionẽ. vt not. Bart. in. l. ita stipulatus. in. iiij. q. prin. j. eo. ¶ †Ultimo collige ex. l. hoc iure. ad qḋ semper alleg. ꝙ qñ negatiua est causa actionis dande ille qui agit ꝛ in negatiua se fundat necesse habet eã probare cõtra regulã

a ¶ Limitatio. q̃ nõ placet domi. Alex. vt hic per ipsum.

b ¶ Iste tex. adde aliũ in. l. si pluribus. de leg. j. ꝭm intellectum gl. fi. quẽ approbat Imo. Ang. pet. lꝫ bar. aliter sentiat.

c ¶ Ualet iudiciũ Intellige quando actio fuit simul nata lꝫ postea extincta ipso iure sec⁹ si nũꝙ fuisset nata ꝭm Matth. no. suis fo. j.

que est qḋ negatiua nõ potest probari: ꝛ neganti non incumbit onus probandi: vt in. l. actor. C. de proba. Istũ articulũ plene ꝛ no. examinat Bar. hic inducendo ad plures questiones: et habuit originem a dicto Inno. in. c. super his. de accus. ꝛ gl. Cy. in. l. ij. C. de iure emphy. ꝛ Ang. limitat quedam dicta Bar. sed eius limitationes satis colliguntur ex verbis ꝛ dictis Bar. sed 4 non curo. dic vt hic per eũ. †Qualiter aũt ꝓbeẽ negatiua eo casu quo incũbit onus probandi Bar. hic dicit per explorationẽ fiendam officio iudicis. l. cum quidam. in fi. cum. l. seq. de leg. ij. Jo. an. in solutione questionis posite in regula infamibus. ꝛ super regula sine possessione. in merculiabus. dicit aliquando eã posse probari per famam vicinie: vt si opponitur electo defectus natalium vel etatis. dic vt ibi ꝛc.

2 ¶ Ille qui nõ habet actionem ꝙ possit agere quãdo sperat ipsam acquirere statim facta contestatione.

3 Quid ecõuerso si tempore litis cõtest. habebam actionẽ ꝛ post contestationem extinguatur.

4 In perplexis fallit regula legistarum ꝛ dialecticorum.

terit impune offendi.⁊ iudex aliquẽ citauit vt cõpareat infra
tres dies alias poſuit ipſum in bãno.et ipſe ſtetit ꝑ duos dies
ꝙ non cõparuit in tertia cõparere nõ põt tm̃ diſtat a loco iudi
cij vtrũ in illa tertia die poterit inpune offendi.dicit ꝙ non q̃ꝛ
iſta eſt pena ſtatuti que nõ infringit añ lapſum totius termi-
ni.Et addit ꝙ iſtud eſſet verũ ſi iudex exprimeret hanc penam
in ſua interlocutoria dicendo ꝙ poſſet impune offendi ſi non
cõpareat infra tres dies.q̃ꝛ nõ plus operat expreſſio facta per
iudicẽ q̃ operaret ſtatutũ ſi facta nõ eſſet vt in.l.iij.de lega.j.et
ego dico ꝙ de hoc caſus ſubtiliter intelligendo vt.d.§.ſi quis
ita.q̃ꝛ facta eſt expreſſio ꝑ eũ modũ ꝑ quẽ inerat.vt.l.nõ recte.
6 C.de fideiuſ.ſilr nõ icurreret ꝑiuriũ.q̃ꝛ eſt pena legalis. †Ego
b aũt alias inducebã ad q̃ſtionẽ de matre[b] q̃ neglexit petere tu-
torẽ vel tutelã aſſumere vſq; quaſi ad finẽ anni.ita ꝙ nõ reſta-
bant niſi octo dies infra quos eam aſſumere nõ poterat ꝓpter
certas ſolẽnitates q̃ reqrebant ex forma ſtatuti. ⁊ nõ poterant
ſeruari infra illos octo dies querebant an poſſit habere eius
hereditatẽ naꝫ ſi mortuus eſſet poſt in pupillari etate clarum
eſſet ꝙ non vt.l.ij.§.ſi mater. ad tertul. et ſi mortuus eſſet ante
cum tñ ſupereſſet tantũ tempus infra qđ poterat eam aſſume-
re clarum eſſet ꝙ ſic.q̃ꝛ tanq̃ preuenta mortalitate filij non po
teſt dici fuiſſe in mora nec in culpa cum haberet totum annum
vt inſti.ad tertul.§.fi.lꝫ Barto.dicat ꝙ non habet totum.imo
q̃primũ poteſt debet hoc facere vt in.l.ij.§.cõfeſtim.ad tertul.
Bal.contra ⁊ eius opi. humanior eſt: qua preſuppoſita reſtat
dubium de eo qđ ſupra dixi inducebã qđ ſuperius dixi ꝙ iſta
mater repellit ab hereditate filij,cũ illa ſit pena legalis que nõ
infringitur ante lapſum totius anni.⁊ ſic poterit adiri ſine du
bio.Sed dubium eſt an lapſo poſtea anno auferatur ſibi he-
reditas qđ videtur per illud.c.cõmiſſa vbi aufertur beneficiũ.
Sed in contrarium.q̃ꝛ per aditionem acquiritur ſibi de nouo
quod prius non habebat.⁊ ſic videtur ꝙ acquiſitio debeat eſſe
perpetua.alias eſſet deluſoria.ſed in illo.c.cõmiſſa. nihi acqui
rit de nouo.ſed retinebat qđ prius habuerat ⁊ iſta pars huma
nior mihi videt ⁊ tene menti perpetuo.q̃ꝛ hoc quotidianũ eſt.⁊
de pane lucrãdo.¶In tex.ibi nec ad rem.Poſſet quis dicere
contra determinationẽ precedentem ꝙ imo pena nõ ſit cõmiſ-
ſa.lꝫ opus nõ poſſet fieri infra reſiduũ termini. q̃ꝛ veniebat cõ
mittenda ſub duplici conditione ſi nõ fieret opus.⁊ ſi nõ fieret
arbitratu ſtipulatoris et lꝫ prima cõditio videat extitiſſe.ſcđa
tñ non ſi ſtipulator non fuit arbitratus opus arbitrio ſuo non
eſſet factũ cũ hoc facere potuerit infra tp̄s qđ reſtabat arg.l.ſi
heredi plures.de condi.inſti. ⁊ ad hoc rñdet ꝙ ille cõditiones
videbant eſſe diſiunctiue poſite.ſ.ſi opus nõ fieret vel fieret nõ
tñ arbitrio ſtipulatoris.q̃ꝛ ſibi non placet tunc ergo neceſſariũ
erat arbitrari.vt pena cõmittat ſi opus fuiſſet factum: q̃ꝛ tunc
defeciſſet prima cõditio.vnde fuiſſet neceſſe.vt extaret ſecunda
ad hoc.vt cõmitteretur. vt.ſ.eo.ſi ita qs ſtipulatur ſiue nauis.
Sed ex primo opus non fuit factum illa ſola conditio ſufficit.
nec fuit neceſſe arbitrari.⁊ ſi aliud diceremus ſequeret qđ ſi die
precedente kalendas mortuus eſſet ſtipulator cum opus fieri
non poſſet qui nec fuit arbitratus nec amodo poteſt arbitrari
ꝙ pena non eſſet cõmiſſa qđ eſſet abſurdum.et hec eſt intentio
iſtius ver.vſq; ad ver.⁊ ꝙ poſtmodũ.in qua maior eſt difficul-
tas q̃ in altera parte huius.l.

1 Cum venderet.

¶†In ſtipulatiõe facti poſt moram debet intereſſe.h.d.
cum.l.ſeq.

2 ☞Stipulatio dicitur diuidua vel indiuidua ſcõm naturam
rei in ea deducte.
Actio dicitur mobilis vel immobilis ſecundum naturam rei
pro qua competit.
3 Seruitutes prediales ſunt indiuidue ⁊ tribus modis.⁊ nu.6.
4 Que facta dicantur indiuidua ⁊ que diuidua.⁊ nu.9.
5 Qui ſtipulatur ſeruitutem non ſtipulatur fieri ſed dari.
6 Vſuſfructus quare ſit diuiduus.
7 Stipulatio ſeruitutis an poſſit cedi alteri.
8 Diuiſio quotuplex ſit:⁊ in quibus rebus cadat.
9 An poſſim ſtipulari inſulam fabricari in fundo meo ⁊ quid in
alieno.

Stipulationes nõ diuidũ

1 tur.¶†Stipulatio cõtinens ſeruitutẽ vel factũ regu
lariter dꝛ indiuidua.h.primo.⁊ ſi cõtinet factũ poſt morã con-
mittit ad intereſſe ⁊ in hoc eſt indiuidua.h.ſcđo. et ad intereſſe
totale nõ cõmittit niſi trãſacto tp̄e in ſtipulatione appoſito vel
infra qđ fieri poterat.⁊ debebat.ſed ad particulare cõmittitur
ſtatim ꝙ cepit eſſe in mora.h.tertio.⁊ vltimo dicit tota.l.quam
diuide in tres partes. vt in ſummario. Scđa ibi celſus. Ter-
tia ibi.ſi quis ita.⁊ ſcđa pars venit ad declarationem. ⁊ limita
tionem prime.vt qđ ibi dicitur intelligatur de primitiua obli-
gatione petente ad ſeruitutẽ vel ad factũ nõ autem de ſcđaria
que poſt moram incipit cõpetere ad intereſſe in obligatione fa
cti.q̃ꝛ illa eſt diuidua cũ cõtineat q̃titatem. Tertia vero venit
ad declarationẽ ſcđe partis. dũ ibi dꝛ ꝙ poſt morã incipit de-
beri intereſſe.Nã hoc poteſt intelligi poſt morã cõpletã cum la
pſum eſt totũ tẽpus ⁊ poſt morã inchoatũ tunc adhuc nõ eſt la
pſuꝫ totũ tẽpus quo potuit fieri.ſed hñ eſt totũ tp̄s lapſuꝫ quo
potuit inchoari.⁊ nõ fuit inchoatũ.qñ ergo habebit locum id
qđ dicit in ſcđa pte.Rñdet qđ quantũ ad hoc vt debeat totum
intereſſe etiã in ſtipulationẽ deductũ neceſſe eſt ꝙ totũ tp̄s la-
pſum ſit.et anteq̃ ſit lapſum non cedit dies quo ad intereſſe.i.
non incipit deberi ſubaudi etiã ſi non reſtat tantũ de tp̄e infra
qđ poterit opus cõpleri.nã adhuc nõ cõmittit ipſo iure vt di-
xi in.l.cũ ſtipulatus ſim mihi a proculo.quãtum ad hoc vt de-
beatur intereſſe particulare ſufficit tranſiuiſſe tantũ tp̄s infra
qđ potuit inchoari.⁊ nõ fuit inchoatum.Pone exemplũ et de
clara.vt dixi in.l.exiſtimo.§.fi.j.eo.Ex prima pte no.tres regu
2 las.¶†Prima q̃ ſtipulatio dicat diuidua vel indiuidua ſm
naturã rei in ea deducte.Simile habemus que dicãtur mobi-
les vel immobiles actiones ſcõm naturã rei pro qua cõpetit vt
no.in.l.j.C.ſi aduer.tranſac.⁊ in aut.de non alie.per gloſ.⁊ per
doc.i.l.põt de auto.tu. ¶†Scđa regula eſt ꝙ ſeruitutes pdia
les ſunt indiuidue.⁊ iſta regula nõ patitur aliquã exceptionẽ
imo ampliationẽ.q̃ꝛ idẽ in ſeruitute vſus que nõ eſt predialis
ſed perſonalis.vt.ſ.de vſu ⁊ ha.i.vſus pars.ſꝫ ſecus ſit in ſer-
uitute vſuſfructus.vt in.l.j.§.ſi vſuſfructꝰ ad.l.fal. Sunt autẽ
ſeruitutes pdicte indiuidue tribus modis.ſ.quo ad contractũ
q̃ꝛ nõ poſſunt deduci in ſtipulatione pro parte ⁊ ſi ducerentur
ſtipulatio nõ valeret.q̃ꝛ nõ eſt reperire partes ſeruitutis.⁊ hoc
probat in.l.vie.ſ.de ſer.u.gñali.⁊ hoc vult dicere text.in verſi.
hoꝝ em̃ prout refert ad ſeruitutẽ dũ dicit cõcurri põt.i.nullã
reddit

a ¶Termini.do. Car.ſancti Ambroſij in.c.perſonas.de appel.dicit ꝙ ſi terminus aſſignet ab hoĩe loco termini iuris ꝙ vltĩa dies termini eſt expectã. alr.di.c.pſonas. Jo.an.bal. ⁊ Panor.ibi.

b ¶De matre.vide ꝑ eũdẽ Pau. cõſi. ccclxxxiiij.⁊ cõſi.clxxv.⁊ vide ꝑ Jo.monachũ i.d.c.vt cõmiſſa.

reddit stipulationẽ. Item sunt indiuidue quo ad obligationẽ tam ex parte promissoris q̃ stipulatoris cum transeat stipulatio ad quẽlibet eo[rum] insolidũ vt in.l.ij.§.ex his.s.eo. Itẽ q̃tum ad solutionẽ.q[uia] pro parte non possunt prestari. vt.j.eo.in executione.§.scd̃a species.versi.q[uod] si stipulatus. ¶ †Tertia regula est q[uod] facta dicunt[ur] indiuidua.sed illa regula patit[ur] exceptionẽ.q[uia] sunt quedã facta q̃ diuidua sunt vt in.§.cato.et glo.in.l.ij. q̃ incipit q[ui] viã.dicit q[uod] hic ponit[ur] regula ibi ponit[ur] exceptio.vel dic q[uod] sunt regule diuerse.et hec verior. Et quedã facta cadunt sub vna quedã sub alia.et ista facta non sunt indiuidua quo ad contractũ q[uia] bene possunt deduci pro p[ar]te in stipulatione.possum em̃ stipulari partẽ domus fieri vel p[ar]tẽ fosse fodi vel rẽ immobilẽ tradi pro p[ar]te vt in.l.locus.de acq.pos.sed sunt indiuidua quo ad obligationẽ q[uia] stipulatio facti transit ad quẽlibet ex heredib[us] insolidũ tã actiue q̃ passiue et etiã quo ad solutionẽ q[uia] si fiãt p[ro] parte nõ cõtingit liberatio etiã p[ro] illa parte.et isto mõ intelligit[ur] ille ver.horũ em̃.prout refert[ur] ad facta.et dũ dicit corrupit.i.facit vt liberatio cõtingat ad stipulationẽ vel obligationẽ nunc est difficultas in vidẽdo rõnes quare seruitutes p[re]diales sunt ita indiuidue. et quare etiã facta sup[er] quo laborat prima gl.mag.et ponit tres rõnes in seruitutib[us] et tres in facto sed p[er] eam nõ declarat[ur] iste articulus. q[uia] illa q̃ dicit glo.potius cõcernunt effectũ indiuiduitatis q[uia] ex eo q[uod] sunt indiuidue sequunt[ur] illi effectus qui ostendũt causam quare indiuidue sunt. Or recitemus glo.in voce.Collige etiã ex tex.dũ dicit si q[ui]s faciẽdo aliq̃d stipulatus sit iuncto principio†q[uod] q[ui] stipulat[ur] seruitutẽ nõ stipulat[ur] fieri.s[ed] dari vt hic ponat[ur] differẽtia inter stipulatorẽ seruitutis et facti qd̃ est [contra] glo. et Bart.in.l.j.in prin.s.eo. ¶ In gl.j.mag.Ño.diuidit[ur] in tres p[ar]tes p[ri]ncipales. ¶ Prima formatyuã op.contra id qd̃ hic d[icitur] de seruitutib[us] vsq[ue] ibi qual[ite]r. Scd̃o nitit[ur] ostẽdere tribus modis qual[ite]r seruitutes prediales sunt indiuidue vsq[ue] ibi.sed hec. Tertio aliis trib[us] modis qualiter facta sint indiuidua.in prima p[ar]te glos.in prin.dũ dicit p[re]ter vsumfructũ. dic melius q[uod] regula q̃ hic ponit[ur] loquit[ur] de seruitutib[us] predialib[us] vñ illa exceptio quã facit glo.nõ est bona q[uonia]m nõ est de regula sicut esse d[ebet] vt not.l.j.de re iudi. et in.l.in his.s. de lega.j.de cõtentis sub regula cũ sit seruitus p[er]sonalis. ¶ In glo.ibi.s[ed] inter heredes p[ro]missoris nõ recipit diuisionẽ.q.d.secus inter heredes stipulatoris.et gl.male loquit[ur]. Primo q[uia] cõtra regulã positã in.l.ij.§.ex his.s.eo. q[uod] illa q̃ sunt indiuidua ex p[ar]te p[ro]missoris sunt etiã ex p[ar]te stipulatoris. et ecõuerso. Secundo inquantũ dicit q[uod] est indiuiduus ex p[ar]te p[ro]missoris loquitur [contra] tex.in.l.v.ver.reo.s.de vsufru. Tertio inq̃tum innuit qd̃ sit indiuiduus ex p[ar]te stipulatoris quo ad eius heredes inepte loquit[ur].q[uia] stipulatio vsusfru.ad heredes nõ trãsit nisi de eis fit facta mentio.vt.s.eod.stipulatio ista.§.si q[ui]s ita. †Quare autẽ vsusfructus sit diuiduus dic duplici rõne. Primo q[uia] est pars dñij.vt in.l.iiij.de vsufru.et domi.re.corpo. ergo et q̃libet eius pars integralis. Scd̃o q[uia] ordinat[ur] ad acq̃sitionẽ fructuũ q[ui] sunt diuidui. Tertio q[uia] cõtinet q[uo]d certũ.q[uia] ad ip̃m pertinẽt oẽs fructus l[icet] sit incertũ qui fructus erũt et est etiã incertũ quantũ durabit vsusfructus vt.j.eo.vbi aũt nõ apparet.§.fundi.sed seruitutes p[re]diales cõtinẽt incertũ q[uia] ordinant[ur] ad necessitatẽ p[re]dij q̃ põt ex t[em]pe variari.et idẽ in seruitute vsus q̃ si[mi]l[ite]r ordinant[ur] ad necessitatẽ hoĩs et ideo dicet[ur] i[n]diuidua vt in.l.vsus pars.s.de vsu et ha.põt tñ saluari illa gl.in vno casu postq̃ vsusfructus est cõstitutus.nã tenet[ur] cõstituẽs pati istũ vti frui.vt in.l.iij.de vsufr. et.C.eo.ti.l.corruptionẽ.cũ ibi no.et aliter nõ v[idetur] plene cõstituisse vt dixi in.l.ij.s.eo. Ista aũt obligatio ad patiendum v[idetur] indiuidua q[uia] q[ui]libet heredũ cõstituẽtis tenet[ur] insolidũ.et si p[ro]missa esset promissa si nõ pateret[ur] vno ex hedib[us] cõtrafaciente cõmittit[ur] in solidũ [contra] oẽs q[uonia]m aufert totũ cõmodũ vsusfru.vt.s.eo.l.iiij.et.l.v.§.cato.in princi. qd̃ etiã voluit Barto.in ista.l.in fi.iiij.q. In scd̃a p[ar]te dũ dicit vt promittat alij fundo.in hoc ver.do. Raph. de cu.dicit q[uod] putat glo.errasse.nã l[icet] multe.ll.dicãt q[uod] vnus de socijs fundi cõis pro indiuiso nõ poterit stipulari seruitutem ad fundũ.vt in.l.pro p[ar]te.de serui.et.l.si vnus.de serui.rusti.pre. nulla tñ.l.dicit qd̃ non poterit promittere. hoc idem v[idetur] sentire Bar.qui dicit q[uod] nõ est p[ro]hibitũ vnum de socijs fundi cõis esse obligatũ ad seruitutẽ in eodẽ fundo. vt p[a]t[et] in.l.per fundũ.de ser.rusti.pre.nã et põt quis esse obligatus ad seruitutẽ.l[icet] nullũ p[re]diũ habeat.et sic ad fundũ alienũ.vt in.l.heredes.§.[contra].fa.her. Et si q̃ras quare nõ sic ex p[ar]te stipulatoris. Rñdet ipse q[uia] stipulator d[ebet] ius metiri ex sua p[er]sona.illud est nihil dicere. p[re]terea si cut vnus de socijs põt habere aliũ obligatum ad seruitutẽ imponendam ad fundũ cõem.nõ tñ poterit imponi:nec erit seruitus quousq[ue] alij cõsentiant.tex.est in.l.fi.cõia pre.et illa.l.p[er] fundum.de ser.rusti.pre.faciũt me valde dubitare sup[er] hoc articulo q[uia] si vnus de socijs imponit seruitutẽ fundo cõi vel acquirit impositio vel acquisitio nõ est nulla.sed pendet ex futuro euentu.et si alij postea cõsentiant ex tũc impositio vel acquisitio habebit effectum vt in illis.l.quare ergo stipulatio vel promissio est nulla vt vult illa glo.et etiã tex.videt[ur].velle nullus hoc tangit. Unde poterit dici salua veritate q[uod] idem sit in stipulatione vel p[ro]missione qd̃ est in cõstitutione vt nõ valeat vel sit nulla si socij postea nõ cõsentiant.al[ite]r secus et sic erit in pendenti quod ergo d[icitur] in.l.si vnus.in.ij.rñso.de ser.rusti.pre.q[uod] si oẽs stipulantur valet stipulatio põt intelligi simul vel diuersis t[em]p[o]rib[us] p[er] illã l.fi.sed si intelligerẽ prout intelligũt glo.et doc. tunc oporteret q[uod] simul stipularent[ur] s[ed] si diuersis tẽporibus nullius stipulatio valeret q[uia] prima esset nulla a prin.et p[er] sequentẽ nõ recõualesceret et ecõuerso:multũ tñ dubito q[uia] videt[ur] violari tex.p[re]dicti sed necessitas v[idetur] cogere ad hoc dicendũ. Ratio aũt quare vnus sine alijs nõ põt stipulari nec p[ro]mittere est q[uia] nec etiã põt imponere vel acqrere vt.l.si vnus.eo.tit.de ser.rusti.pre.et sic stipulatio et promissio essent inutiles q[uia] nõ possunt effectũ sortiri. Ratio aũt quare vnus sine alijs nõ põt hoc facere est. q[uia] seruitus se h[abe]t ad modũ characteris q[ui] imprimit[ur] cũ ferro ardente.vt no. Bar.in.l.iiij.s.de ser.si ergo vnus sine alio acgrit vel imponit. aut dicimus q[uod] ille character imprimat[ur] parti sui dñij.et hoc stare nõ põt.q[uia] illa est inuisibilis et incorporalis. et magis intellectu percipit[ur].vt in.l.meuius.§.duob[us]. de leg.ij. et ista impressio nõ põt fieri nisi rei corporali. Aut dicimus q[uod] imprimat[ur] parti sue rei corporalis.et hoc stare non põt q[uia] non posset demonstrare partẽ suã in aliquo minimo cespite in quo etiã nõ esset pars socij.et sic inprimẽdo in sua imprimeret in parte socij.qd̃ facere non põt.q[uia] mitteret falcẽ in messem alienã. vt in.l.sicuti.§.aristo.si ser.ven. Sed cõtra istã glo.q[uod] iteratio nõ sit sufficiens.vt ideo nõ valeat stipulatio vnius q[uia] ipse solus non posset imponere. Nam si stipulator vie decedat plurib[us] heredib[us] derelictis transit stipulatio ad quẽlibet eo[rum] insolidũ et tñ nullus eo[rum] sine alijs põt acquirere.vt.s.eo.l.ij.§.ex his. cũ ibi not.ergo deberet stipulatio p[er] mortẽ vitiari et euanescere.Sol. Iurisc õsultus hoc dubiũ sentit et voluit tollere in.l.pluribus.§.si placet.j.eo. s[ed] nõ bñ declarat.vñ dic q[uod] stipulatio defuncti trãsit ad omnes heredes.vnde non ponderat[ur] tunc q[uod] nullus sine alijs potest eã mittere executioni sed satis est q[uod] oẽs habeãt actionẽ. sed non sic si vnus stipulatur sua stipulatio transit ad alios socios ideo nõ valet q[uia] ipse solus esset qui nõ põt sed cõtra ipse põt cedere socijs et sic transibit. Sol.penes eũ nõ remaneret si cederet et sic nõ erit dare casum in quo oẽs habeant actionẽ. ¶ In gl.ibi. et postea partẽ eius subaudi pro indiuiso secus si pro diuiso. vt in.l.si quis duas.§.j.cõia pre. Primo em̃ casu peruenit res ad casum a quo nõ põt incipere ante negotiũ perfectũ.ideo vitiat[ur] vt in.§.et si placet.et per Dy.in regula factũ.de reg.iu. ¶ Scd̃o no. q[uia] remanet penes eũ pars pro diuiso in qua nullus habebat cõionẽ in qua p[ar]te ipse solus poss[et] acquirere.et imponere de nouo ergo nõ vitiat[ur] stipulatio per alienationẽ alterius partis. †Quid aũt si stipulator seruitutis ante ip̃am [con]stitutã totũ fundũ alienat.dic eodẽ modo stipulationẽ vitiari vt.j.e.si sub vna §.fi.nisi t[em]p[o]re alienationis cedat ius stipulationis.vt ibi no.per Bal.et idẽ si p[ri]us cessisset secus si postea ex interuallo.q[uia] stipulatio fuisset ãnullata per alienationẽ.vnde nõ posset cedi s[ecundu]m eũdem ibidẽ.vbi oĩno vide nisi fuisset stipulatus pro se.et pro illis quibus cederent iura sua s[ecundu]m Ang. hic qd̃ dicit esse no. Sed licet posset cenere vni nõ sic pluribus.vt in plures alienaret.q[uia] sine iniuria promissoris hoc fieri posset s[ecundu]m eundẽ cũ de vno per ueniretur ad plures. Sed contra:nã et hoc contingit cũ stipulator decedit pluribus heredibus relictis.et tñ nõ vitiat[ur] stipulatio. Rñdeo q[uod] hoc euenire posse promissor p[ro]spicere debuit.sciebat em̃ se moriturũ.et posset plures heredes relinquere.et dispositionẽ iuris talẽ esse vnde nõ põt [con]sequi q[uod] grauet[ur] propter suũ propositũ.nã sic poterat imaginari q[uod] alienaret inter viuos. et in plures breuiter per ista que dicit gl.nõ datur intelligi quare seruitutes sint indiuidue:sed bñ declarat[ur] quedã natura ipsarũ †ideo aduerte q[uod] diuisio quedã est naturalis quedã ciuilis s[ecundu]m iuris dispositionẽ.prima fit p[er] partes discretas et separatas ab inuicẽ.et nõ cadit in rebus corporalibus et nõ fit per.l.sed per hoiem de qua loquit[ur] ti.fa.her.et cõi diui.et ista cadit in qualibet re corporea. Aliq̃n p[er] ips[a]m destruit[ur] subiectũ si fieret in re aĩata. Nã si homo vel aĩal dividerei[ur] per frusta subiectũ destrueret[ur] si aĩa ex toto abiret.al[ite]r secus vt p[er] amputationẽ man[us] vel pedis. q[uia] destruit[ur] illa pars cũ qua aĩa nõ transit.sed aliq̃n nõ destruitur in aliquo vt in diuisione fundi vel domus. Ista diuisio naturalis nõ cadit in seruitutibus et huius est sola ratio q[uia] sunt iura incorporalia.vñ natural[ite]r nõ cadit in eis nõ em̃ posset homo diuidere qd̃ nec videt nec tangere põt. Ista aũt diuisio l[icet] cadat in qualibet re incorporali non tñ semp[er] audit[ur] q[ui] petit eã fieri per iudiciũ fa.her.vel cõi diui.imo in multis casibus denegatur vt no.in.l.fi.C.cõi diui. Diuisio autẽ iuris fit dupl[ite]r. s[cilicet] per

partes integrales vt ꝓprietatē ⁊ vsumfructū. Item per partes
totas quas glo. hic in sequēti parte appellat multiplicatiuas
vt .iiij. ⁊ .iij. dimidia ⁊ sic de singulis ⁊ ista cadit tā in rebus cor
poralibꝰ ꝙ̄ in iuribꝰ incorporalibꝰ vt p3 in dñio ⁊ actionibus
⁊ primo casu pōt fieri ꝑ hoīem .s. in rebꝰ corporalibꝰ. Scd̄o nō
nisi ꝑ .l. et neutra ipsarū cadit in seruitutibꝰ prima q̄ fit ꝑ ꝑtes
integrales nō cadit q2 fierēt ꝯtra regulā q̄ est ꝙ nō est dare ser
uitutē seruitutis vt in .l. .j. de vsufru. leg. ⁊ hic esset dare q2 pro-
prietas esset ista seruitus p̄dialis ⁊ vsusfructus sil'r est seruitus
personalis ergo nō reperit̄ vsusfructus seruitutis. Scd̄a simi-
liter nō cadit .i. ꝑ quotas q̄m ordinant̄ ad tollendā necessitatē
p̄dij dñantis. vt in .l. .j. de ser. rusti. pre. ⁊ ista nō pōt tolli pro ꝑte
q2 nō afferret tantā vtilitatē respectu partis ꝙ̄tā tota respectu
totius sicut em̄ si hō indigeret ad sustētationē vite quatuor pa
nibus in die ⁊ darent̄ duo tantū cito deficeret ita ꝑ p̄diū. vt in
certa mēsura ponamus aque necessaria est si daret̄ minor cito
aresceret. ⁊ ea rōne seruitus vsus dr̄ indiuidua. Tertio proce-
dit ista indiuiduitas rōne subiecti .s. fundi dñantis vel seruien
tis sine quibus stare nō potest vt in .l. .j. cōia predi. ⁊ hoc dupl'r.
Primo q2 nō cadit in ꝑte fundi pro indiuiso. ⁊ rōnē .s̄. dixi. et
ex hoc sequit̄ effectus de quibꝰ in glos. Scd̄o q2 tota est in toto
⁊ tota in qualibet parte totius postq̄ est cōstituta. Ex quo seq-
tur ꝙ si p̄diū diuideret̄ in plures partes non diuidit̄ seruitus.
imo cū qualibet parte trāsit insolidū vt in .l. via. §. fi. ⁊ .l. si par-
tem. de ser. ru. pre. q2 ꝑ diuisionē nō destruit̄ subiectū. sed q̄libet
pars fundi efficit̄ fundus sic ⁊ aīa hoīs est tota ī toto. ⁊ tota in
qualibet parte totius ƀm philosophos nō tñ sic trāsit cū qua-
libet ꝑte si diuideret̄ corpus hoīs ꝑ frusta. vt .s̄. dixi. l3 aūt ser-
uitus non recipiat partes recipit tñ modū in .l. .iiij. §. fi. de ser. ⁊
post cōstituit renū. ad certā ꝑtē predij nec ꝓpterea videret̄ diui
di. s3 restringi eius virtꝰ sicut cū homini extraherent̄ oculi nō
diuideret̄ aīa. s3 restringit̄ eius virtꝰ. vt q2 primo habebat vir-
tutē visiuā nunc nō habeat ⁊ de istis modis ꝙ melius fieri pōt
datur intelligi ista subtilis materia in qua ꝙ̄tū qs stipulatur
tantū plus reperit de difficultate nec possunt oīa exprimi sed
9 melius ītellectu percipiunt̄. Or sufficit pro isto mane. ¶ † In
tertia parte glo. ibi. inanis sit stipulatio dic do. Rapha. mirat̄
valde de illa glo. ⁊ de doc. qui eā sequunt̄. nā ego possum stipu-
lari insulam fabricari in fundo penitus alieno v3 stipulatio si
mea ītereſt quoquo mō vt .l. stipulatio ista. §. si qs insulā .s̄. eo.
ꝙ̄to magis d3 valere si stipulat̄ fieri in fundo in quo habeo par
tē l3 pro indiuiso q2 mea interest ideo dicit istā glo. falsam esse
⁊ hoc esse clarissimū sed salua pace gl. d3 intelligi qñ socius nō
consentiret qd̄ ibi fieret. Idem si alius in cuius fundo stipula-
tus fuit opus fieri nō consentiret q2 stipulatio est inanis licet
mea interesset fieri. Sed iura q̄ ipse allegat loquūtur qñ ille cō
sentiret. ⁊ tunc si promissor nō faceret ageret̄ ad interesse ita lo
quitur. §. si quis insulā. Preterea ipse non negat quin si stipu-
lor seruitutē ad fundū cōem stipulatio nō valet ⁊ idem si ī fun-
do penitus alieno quare ergo vult ꝙ bñ valeat si stipulor insu-
lam fieri cū sit eadē ratio. Ipse respondit ꝙ stipulatio seruitu-
tis ⁊ stipulatio dādi ī qua succedit obligatio ad interesse. vnde
nō pōt valere ꝓpter meū interesse sed nos loquimur in stipu-
latione facti ī qua succedit ⁊ sic pōt valere ꝓpter meū interesse
sed certe cū stipulor alteri dari ꝙ̄ mihi bene succedit obligatio
ad interesse vt .j̄. eo. liber homo. §. fi. ⁊ sic sua responsio mihi va
let. Dic ergo ƀm doc. ꝙ ista glo. dicit verū in eo qd̄ dicit sed nō
perfecte. q2 dicta sua procedunt in facto coherente solo sed ille
tex. loquit̄ etiā de non coherente vt est stipulatio fundū tradi
quod factum nō fit in solo. sed fit de solo ⁊ ista sunt diuersa ƀm
Bar. hic sil'r ⁊ opera pōt prestari extra solū. vnde rōnes gl. nō
ostendūt quare ista facta sunt indiuidua. ¶ Oppo. in glo. de .l.
cōtinuus. §. fi. .j̄. eo. vbi possumus stipulari insulā fabricari vni
ex heredibus meis ita ꝙ non alij ergo etiā posset ipse. ⁊ tñ ipse
nō est solus dñs fundi hereditarij ⁊ responde ꝙ ibi d3 intelli-
gi qñ in fundo ipsius heredis aliunde ꝙ̄ ex causa hereditaria
vel in fundo sibi prelegato alias nō posset fieri vni quin nō fie
ret oībus ⁊ nō valeret. ¶ In glo. ibi nō pōt dici ꝓmissor ī ali-
qua parte ⁊c. dic istud dictū glo. pōt ꝓcedere in duobꝰ casibus.
Primo qñ factū haberet certā formā vt insulā fabricari. nam
forma non dr̄ adesse quousq3 opus sit perfectum. vt in .l. is qui
quadringenta. §. quedā. ad .l. falci. Itē pōt ꝓcedere qñ non ha-
bet certā formā tñ si fiat pro parte nō consequit̄ stipulator vti-
litatem pro illa parte sicut ex toto respectu totius vt librū scri-
bi vel ire romā ⁊ tūc scribēdo pro parte vel eundo vsq3 ad me-
diū itineris nō liberat̄ in aliquo. ⁊ ꝓpter hoc dr̄ istud factū in-
diuiduū. Isti duo casus sunt clari ꝙ vbicūq3 aliquod istorum
duorū subest sibi factum dr̄ indiuiduum tam respectu obliga-
tionis ⁊ sic descendit ad quēlibet heredum insolidū tam ex par
te stipulatoris ꝙ̄ ꝓmissoris ꝙ̄ etiam respectu solutionis quia

non cōtingit liberatio pro parte. sed certe reperitur factum in
quo neutrū istoꝝ adest. vt fundū tradi. na3 hoc nō habet certā
formā. ⁊ traditio facta pro parte affert vtilitatē pro illa parte
quantā totū respectu totius ⁊ tñ dr̄ indiuiduum istud factū vt
hic ergo ista ratio nō est sufficiens. Bart. respondet ꝙ non est
dare tertiū casum in quo factū est indiuiduum alia ratione sc3
ne cōtingat solutionē fieri in diuersis rebus. nam si stipulatio
fundū tradi esset diuidua. et fieret traditio partis liberaretur
tradens pro illa parte. ⁊ si cōueniretur ad aliā partē nō posset
ad illam precise cōpelli. sed liberaret̄ soluendo interesse. vt .s̄.
eo .l. stipulationibus. §. operarum. in fi. ⁊ sic fieret solutio in di-
uersis rebus qd̄ est inconueniens. vt .j̄. eo. in executione. §. pro
parte. Sic ergo cōclude cum vbicūq3 aliquod istoꝝ triū inter
uenit ibi factū dicit̄ indiuiduū. sed vbicūq3 nullū istoꝝ interue
nit tunc dicit̄ factū diuiduū. ⁊ ita loquit̄ .l. ea. §. cato. .s̄. eodem.
Sed contra q2 etiā ibi subsit ista vltima ratio. nam loquitur in
stipulatione de nō agendo vel de rato si ergo pro parte nō ma
gis vel ratum habet̄ habeo partē facti. si pro altera parte agis
vel nō habet̄ ratū habebis interesse pro parte. ⁊ tñ ille stipula-
tiones sunt indiuidue vtroq3 respectu. dicit Bar. ꝙ ipse intel-
ligit illū. §. qñ ille stipulationes interuenerunt super obliga-
ne cōpetente ad pecuniā quo casu si pro parte fiat habeo factū
cuius effectus est ipsa pecunia: pro altera vero parte pro qua
nō fit habeo interesse qd̄ etiā cōsistit in pecunia: ⁊ sic nō videor
habere ī diuersis rebus secus dicit ipse si debebat̄ species arg.
huius tex. dū loquit̄ in stipulatione fundū tradi. d. Rapha. di-
cit ꝙ Bar. destruit illū. §. restringendo ipsam illo modo ⁊ verū
dicit. in hoc tñ ipse subdit ꝙ alia ratione factum de quo ibi di-
citur diuiduū ⁊ alia fundū tradi dr̄ indiuiduū ꝙ̄ dicat Bar. q2
promissio de nō agēdo vel de rato dicunt̄ ꝯtinere factū inuisi-
bile. ideo pōt fieri ꝓ parte inuisibili .s. hereditaria quilibet em̄
ex heredibꝰ est heres pro ꝑte inuisibili. ⁊ pro illa nō pōt agere
vel ratū habere. sed fundū tradi est actus visibilis ⁊ non potest
fieri pro parte inuisibili. sed hec est vna fantasticaria. nā ⁊ solu
tio pecunie est actus visibilis ⁊ tñ vnus ex heredibꝰ pōt eā fa-
cere pro parte sua inuisibili ⁊ similiter vni ex heredibꝰ pōt fieri
ad ꝯtriū sicut de. §. cato. dic vt dicā in sequēti cōtrario nā Bart.
scd̄o loco opponit si stipulatio fundum tradi est indiuidua illa
rōne ne cōtingat fieri solutionē in diuersis rebus d3 esse diui-
dua dūtaxat quo ad solutionē ne ꝯtingat illa rō si soluatur vel
fiat pro parte nō quo ad obligationē imo dicitur diuidi inter
heredes prout videmus in stipulatione alternatiua vel gene-
ris q̄ sunt indiuidue illa rōne ⁊ tñ inter heredes diuidit̄ vt in
.l. .ij. §. .j. .s̄. e. Sed ille tex. vr̄ ꝓbare ꝙ stipulatio fundū tradi sit in
diuidua etiā respectu obligationis: q2 ponit̄ ad paria cū alijs
factis .s. postq̄ ponit. ⁊ insulā fabricari que sunt indiuidua etiā
respectu obligationis. Sol. obligatio alternatiua vel generis
cōsistens dādo est indiuidua respectu solutiōis ⁊ nō obligatio
nis vt dictū est: sed stipulatio fundū tradi cōsistens in facto est
indiuidua vtroq3 modo vt hic Ratio diuersitatis. quia si in ea
posset fieri so. in diuersis rebus fieret variatio etiā in obligatio
nibus. q2 ipm̄ factū .s. tradi debet̄ actione in factū sed interesse
debet̄ certi cōditione. s3 in obligatione gñis ⁊ alternatiua con-
sistētibus in dādo in quo nō succedit obligatio ad interesse fie-
ret variatio dūtaxat in rebus. ⁊ nō in actionibꝰ. q2 si soluat̄ ꝑs
stichi. ⁊ pars pāphili ambe soluerent̄ ex eadē obligatione scd̄m
Bar. d. Rapha. dixit se nō intelligere quid Bar. velit ⁊ qd̄ ipse
reputat multominus incōueniēs ꝙ fiāt in solutiones diuersa
rū rerū: ⁊ diuersis obligationibus ꝙ̄ ex vna. ergo stipulatio ge
neris vel alternatiua in quibus fit ex vna est diuidua respectu
obligatiōis multomagis stipulatio fundū tradi debebat esset
diuidua respectu obligationis. q2 fit so. diuersarū rerū. ⁊ diuer
sis obligationibus. ⁊ ideo reiecta doctrina Bart. ipse reuertit̄
ad suā de qua .s̄. dixi. sed certe dictū suū procederet in diuersis
obligationibus cōtractis ad diuersas res. quarū vna nō succe
dit loco alterius sed obligatio ad interesse succedit loco facti: ⁊
ideo magis est incōueniens ꝙ actor cōpellatur variare in re-
bus. ⁊ in actionibus cū sua intētio fuerit vnā rē stipulari: ⁊ vnā
obligationē acquirere l3 .l. subroget etiā alteram ⁊ sic pōt sustē
tari dictū Bart. Quomodo ergo respondet̄ ad. §. cato. volēdo
ipsum intelligere largius ꝙ̄ faciat Bar. vt loquat̄ etiā quādo
actio super qua stipulationes ille facte sunt cōpetat ad speciē: ⁊
sic habetis partē speciei. ⁊ partē interesse nihilominus ille sti-
pulationes sunt oīno diuidue. Rñdeo verum est quantū ad di
stributionē inter heredes cū distribuant̄ pro hereditarijs por
tionibus ⁊ idē pōt dici in stipulatione fundū tradi. sed ꝙ̄tū ad
ipsum principalem promissorem ille stipulationes sunt indiui
due: vt patet in fi. illius. §. ⁊ eodē modo intelligit̄ hic in stipula
tione fundū tradi ꝙ sit indiuidua respectu principalis ꝓmis-
sionis: licet respectu heredū non ergo reputatur inconueniēs
respectu

respectu heredũ variare in rebus ꝛ in actionibus.sed respectu
principalis sic.sed in obligatione gñis et alternatiua ĩ qua est
vnica tm̃ variatio sicut sunt ĩdiuidue respectu solu.tm̃ quo ad
principales contrahentes.ita ꝛ quo ad heredes eoꝝ vt in.l.ij.
§.ex his.s̃.eo.Ultimo oppo.ꝙ stipulatio fundũ tradi sit diui-
dua respectu obligationis. qꝛ hoc videmus in obligatione rẽ
restitui.s̃.cõmo.l.iij.§.qm̃ heres.In hoc sunt tres opi.Una vt
fateamur cõtrariũ:ꝛ ille tex.intelligat̃ secundũ illum:vt nõ sit
dare bonã rõnẽ diuersitatis ꝛ hanc tenet Pe.alia est ecõuerso
ꝙ ille.§.intelligat̃ scd̃m istũ ꝙ obligatio rem restitui sit indiui
dua etiã respectu obligationis.ꝛ hanc tenet.d. Raph.dicẽs ꝙ
si obligatio fundũ tradi est oĩno indiuidua multo fortiꝰ rẽ re-
stitui cum ista restitutio sit meri facti maxime qñ fit a cõmoda
tario vel dispositario qui nõ habuit dominiũ nec possessionẽ.
sed nudã detentationẽ. sed traditio põt fieri ab hñte dñiũ vel
possessionẽ.ꝛ vtrũq₃ põt trãsferri vt.s̃.eo.l.in ꝯuẽtionalibꝰ.§.
fi.cũ ibi no.nec ob.ille.§.heres dũ dicit quẽlibet teneri ꝓ par-
te nã ipse intelligit.s. obligatione scd̃aria que dat̃ ad interesse
si nõ restituit̃ nõ ꝓmitiua que dat̃ ad restitutionẽ rei.Breuiter
istud est cõtra mentẽ illius.§.qui nõ patit̃ istũ intellectũ re ve-
ra sed loquit̃ de restitutiõe rei:ꝓterea text.est cui nõ potest re-
sponderi in.l.in ꝯditiõe de ꝯdi.furti.Sed ꝯditio furtiua re ex
tãte datur ad ipsam rem restituendã nõ ad estimationẽ. qꝛ nõ
restituit̃ qm̃ nõ succedit obligatio ad estimationẽ nisi re ꝑem-
pta vt in.l.precedenti q̃ incipit in re furtiua.§.j.ꝛ tñ in illa.l.in
cõditione dicit ꝙ si sunt plures heredes furis quilibet tenetur
pro parte.s.ad restitutionem rei vnde fuit tertia opi.Dyn.quã
sequitur Bar.ꝙ obligatio rem restitui sit indiuidua dũtaxat
respectu solutionis sed rem tradi etiã respectu obligatiõis per
illum tex.ꝛ ratio est diuersitatis:qꝛ rẽ tradi est meri facti: et nõ
habet similitudinẽ cũ obligatione dandi cũ statim post morã
succedat obligatio ad interesse s₃ obligatio rẽ restitui h₃ simi-
litudinẽ cũ obligatione dandi.qꝛ nõ succedit statim post morã
sed dũtaxat re perempta.vt.d.l.in re furtiua.§.j.ideo in ea ser-
uatur media via vt sit diuidua respectu obligationis.ꝛ indiui
dua respectu solutionis sicut obligatio faciẽdi.ꝛ istã tene men
ti.qꝛ cõis est maxime postq̃₃ eam tenuit Dy.plus tñ placet in
puncto iuris opi.Pet.ꝙ stipulatio rem tradi sit diuidua quo
ad distributionẽ inter heredes sicut obligatio rem restitui : vt
dixi.s̃.Respõdeo ad.§.cato.nec aliqd ob.huic opi. ista equipa
ratio quã facit tex.ad alia facta.sed de facili rñdet̃ ꝙ nõ est per
oĩa nã ꝛ hec facta equiparant̃ seruitutibꝰ. ꝛ tñ equiparatio nõ
est per oĩa cũ seruitutes indistincte sunt indiuidueꝛ facta non.
Itẽ seruitutes sunt indiuidue etiã quo ad cõtractũ ꝛ nõ sit fa-
cta vt dixi.s̃.ad rõnem dñi Rapha.ꝙ restitutio rei sit meri fa-
cti.Respõdet̃ ꝙ ꝓcedit qñ restituis mihi rẽ meã sed põt dici re
stitutio etiã cũ restituis rẽ q̃ non est mea. sed aliqñ fuit vt in eo
qui tenet̃ ꝯdictione indebi.vel ob causam.in quã fuit translatũ
dominiũ.ꝛ restituendo retransfert ꝛ sic nõ est meri facti.vt etiã
pt₃ in.l.iul.in prin.cũ seq.de vsu.ꝛ dixi in.§.cato.preterea etiã
traditio rei est aliqñ meri facti.vt.s̃.eo.si rem tradi.

2 ☞ In obligatione re₃ restitui an possit qs precise cõpelli ad
restitutionẽ.ꝛ quid in obligatione rem tradi.
3 Quid in obligatione dandi.
4 In obligatione facti cũ sit in mora ꝛ succedat obligatio ad in-
teresse.an ante morã ipsum factũ sit in obligatione.
5 An ista stipulatio ad interesse sit diuidua.

1 **Celsus.** ¶ †Not.ex isto.§.duo. Primo ꝙ in obliga-
tionibus facti statim post morã interesse inci
pit esse in obligatione vt colligit̃ ex ver.dari oportere ꝛ etiam
in petitionẽ vt in fi.ꝛ sic põt peti per se absq₃ eo ꝙ petat̃ ipm̃ fa
ctũ.s₃ gl.in.l.si quis ab alio.s̃.de re iud.§.fi.ꝛ.j̃.eo.ti. cũ stipula
tus sim mihi a ꝓculo.§.fi.tenet cõtrariũ ꝙ sic dũtaxat in offi-
cio iudicis mercenario.ꝛ sic nõ poterit peti ꝑ se.sed d₃ peti prin
cipaliter ipm̃ factũ ꝛ fiat condẽnatio in interesse si non põt vel
nõ vult facere que glo.reprobat̃ per istũ text.ꝛ per.l.si insulã.j̃.
eo.vbi patet ꝙ sup interesse fit lit.cõtesta.ergo petit̃ principali
ter alias nõ fieret sup eo.cõtest.ꝛ si sic ergo est in obligatione et
in actione ergo per se nõ posset peti.vt in.l.iiij.C.deposi.et ista
prouisio fuit vtilis.qꝛ regulariter ad factũ qui non põt precise
cõpelli.vnde si non posset interesse petere de directo cõpellere
tur petere factũ ꝛ iudicium esset elusorium super facto et dicit
glo.hic ꝙ ista obligatio ꝛ datio ad interesse oritur ex tacita et
ficta stipulatione legali.qꝛ qui stipulatur factũ censetur stipu-
lari interesse si non fiat ꝛ procedit hoc etiã in obligatione rem
tradi.vt in.l.j.in prin.de act.emp.l₃ ad tradendũ poterit quis
precise cõpelli qñ tenet̃ ex cõtractu bonefidei ꝛ h₃ facultatẽ rei
tradende vt ibi no.in gl.scd̃m opi.Mar.q̃ cõiter tenet̃ no.Cy.
in.l.traditio.C.de actio.emp.ꝛ etiã Dy.et Barto.hic in.viij.q.
arti.iij.ꝛ sic actor post morã põt vel agere precise ad tradendũ
vel si magis vult agere ad interesse sed in obligatione rem re-
stitui nõ succedit incontinenti post morã si res extat imo debet
agi precise ad restitutionẽ rei sed secuto interitu cũ mora prece
dẽti bene succedit vt possit de directo peti estimatio scd̃m Dy.
quẽ sequit̃ Bar.per.l.in re furtiua.§.j.de cõdi.fur.ꝛ nihilomi-
nus adhuc põt peti ipsa res l₃ perempta.eo.titu.l.iij.j̃.eo.inter
stipulantẽ.§.pe.l₃ glo.in.d.l.in re furtiua. tenuerit ꝙ etiam re
perempta non sit in obligatione sed dũtaxat in officio iudicis
ꝛ ita intellexit illum tex.sed glo.in.l.vinũ.ante fi. magne glo.si
cer.pe.dicit ꝙ ibi est speciale odio furis vt interesse sit ĩ obliga
tione post interitũ.ꝛ sic innuit ꝙ extra illum casum in obliga-
tione rem restitui nõ succedat etiã post interitũ sed glo.in.l.di-
uortio.§.donationes.solu.matri.sentit ꝙ indistincte in obliga
tione rẽ restitui re perempta succedat nõ ante et istã tenet Dy.
et Bart.sed quare nõ ante sicut in obligatione rem tradi.vt in
d.l.j.in prin.de actio.emp.cũ poterit quis precise compelli ad
tradendũ re extante.vt.s̃.dixi sicut in restituẽdum difficile est
2 rõnem videre.sed doc.hoc nõ tangũt.ꝛ semper dubitaui. †Est
tñ verũ ꝙ in obligatione rẽ restitui siue sit bonefidei siue stricti
iuris põt quis ꝓcise cõpelli ad restitutionẽ si res extat.ꝛ habet
facultatẽ rei restituende.qꝛ assimilat̃ rei ven. in qua res aufert̃
manu militari.vt.l.q̃ restituere.in fi.de rei ven.Sed in obliga
tione rem tradi.ita tenet ꝛ est bonefidei. secus si stricti iuris et
ista est snĩa Bar.hic in.viij.q.in arti.iij.tñ istud nõ satisfacit ad
plenũ.qꝛ saltem eo casu quo põt precise cõpelli ad tradendũ de
beret esse idẽ qđ in obligatione rẽ restitui. vt nõ succedat obli-
gatio ad interesse sed debet agi precise ad rẽ tradendũ.et tñ il-
le tex.l.j.in prin.cũ gñaliter loquit̃ videt̃ indistincte velle ꝙ sta
tim succedat nisi restringamus illũ tex.ad casum quo non ha-
beat facultatẽ rei tradende:ꝛ sic non poterit precise cõpelli ali-
ter nescirẽ quid dicere in isto articulo nisi dicamus ꝙ in obli-
gatione rem restitui si res extat poterit agi ꝓcise ad restitutio-
nẽ etiã ꝯ illũ qui nõ h₃ facultatẽ rei restituẽde si tenet̃ rõne do-
li vel culpe seu more ꝛ ꝯ eum iurat̃ in litẽ si nõ restituit l₃ sum-
ma ope nisus restituere nõ poterit sicut in rei ven. ꝛ hypothe-
caria:vt.d.l.qui restituere:ꝛ.l.fundus.§.in venditione.de pig.
ꝛ.l.si porus.§.fi.de pe.here.sed ad traditionẽ rei nõ põt precise
qs cõpelli nec ꝯ eũ iurari in litẽ nisi habeat facultatẽ rei resti-
tuende:nec sufficit ꝙ res sit in rerũ natura:tñ ista rõ adhuc nõ
vrget quare nõ succedat qꝛ q̃to iurat̃ contra eum qui tenet̃ ad
restitutionẽ rei tãto magis deberet succedere incõtinenti post
morã:vt sic actor haberet duplicẽ viam qđ est durius reo.Pre
terea nõ vr̃ ꝙ opponẽdo actori nõ potes agere ad interesse:qꝛ
res extat.sed debeo agere vt precise cogatur restituere.qm̃ alle
garet turpitudinẽ suam ꝛ culpã de qua sentit lucrum qđ facere
nõ potest:vt.l.cũ fundus.§.fundus.s̃.de iure do.Breuiter fa-
teor nõ videre bonã rõnem diuersitatis inter istas rõnes ꝛ nõ
sine causa cum doctores trãsiuerũt sicco pede sup hoc ꝛ nullus
3 est qui tangat nec declaret.†In obligatione aũt dãdi nec post
morã nec etiã post rei interitum succedit obligatio ad estima-
tionem. sed debet agi ad ipsam rem.quia non potest dari offi-
cio iudicis:fit condẽnatio in estimatione:vt.j̃.eo. si seruũ.§.fi.ꝛ
l.vbi aũt.in fi.j̃.eo.nisi in tribus casibus quos ibi notaui ꝛ etiã
in quarto qñ obligatio esset contracta petere propositũ contra
hentiũ quo casu succedit et põt peti estimatio re perempta vel
si dari nõ potest.ita loquit̃.l.filio.la.j.de do.cau.mor.Que autẽ
sit rõ diuersitatis inter obligationẽ dandi ꝛ obligationẽ facti.
Docto.multas assignant:ꝛ nulla est que vrgeat: tñ ista magis
placet:qꝛ dari semꝑ nostra interest cũ sit accipiẽtis fieri:sed ali
quid fieri nõ semꝑ nr̃a interest. vñ si fuisti in mora dãdi.ꝛ post-
ea das adhuc vtilitatẽ sentio si fuisti in mora faciendi et postea
vis facere põt esse ꝙ mea nõ interest fieri sed bene interfuit tp̃e
quo fuisti in mora vt pt₃ in.l.et si post tres. si quis cau.vnde qꝛ
hodie nullã vtilitatẽ sentirẽ iustũ est ꝙ agere possim ad illud
qđ mea interfuit aliqñ fieri. Sup primo articulo occurrũt q̃₃-
plures q̃stiones qñ ille qui ꝓmittit factũ fuit in mora.ꝛ sic suc-
4 cedit obligatio ad ĩteresse quas Bar.hic examinat. †Sed que
ro de vna quã ipse nõ tangit an ante morã ipm̃ factũ sit in obli
gatione.d.Christophorus de castigliono tenebat ꝙ nõ.qꝛ q sti
pulat̃ factũ censet̃ stipulatus solũ interesse si nõ fiat scd̃m eũ:ꝑ
l.si penã.in fi.s̃.eo.ꝛ ꝑ.l.si insulã.j̃.bienniũ.j̃.eo. ideo.ll.dicũt qđ
ex tali stipulatiõe nõ põt agi nisi postq̃₃ trãsiuit tm̃ tp̃s quo fie
ri potuit:vt.s̃.eo.si stipulatus essem abs te.s₃ si factũ est in obli
gatione ꝛ actione poterit agi etiã ante lapsu₃ tp̃s qꝛ esset obli-
gatio pura ꝛ ista iura satis faciunt pro eo. Item rõ qꝛ ad factũ
nõ põt quis precise cõpelli ꝛ sic obligatio et actio essent frustra
torie.Breuiter glo.tenuit expresse cõtrariũ in.l.ij.§.itẽ si in fa-
cto.in prima glo.mag.s̃.eo.Itẽ allegabã cõtra ipsum tex.in.l.
testamẽti.§.j.de act.emp.vbi qui ꝓmisit edificare põt cõueniri
vt edificet ꝛ sic agitur ad factũ est in obligatione ꝛ actione.Itẽ

allegabā.l.si quis ab alio.§.fi.de re iud.vbi dicit ꝙ qui ꝓmisit factū si facit videt facere qḋ ꝓmisit: ergo est in promissione.⁊ in stipulatione. male ergo dicebat ille ꝙ nō videbat stipulat⁹ nisi interesse si nō fiat. Preterea scḋm eum oīs stipulatio facti esset stipulatio cōditionalis ⁊ nō pura ⁊ illā opi. quā dico sentiunt oēs doc.⁊ presupponūt factū esse in obligatione.⁊.d. Rapha. recitat opi. illius ⁊ eam nō tenet. Nec obst. ꝙ obligatio erit frustratoria. nā arg. nō sequit ergo nō agit nec orit obligatio. nā ⁊ si testator legat mihi penum.⁊ si heres non dederit legat. ꝗ. penus est in legato ⁊ etiā in obligatione ante morā heredis. et tū videt ꝙ sine effectu qꝛ nō possum agere precise ad penum: imo statim ꝙ erit in mora orit obligatio ad penū et transfunditur in.ꝗ. vt i.l.j.de penu.leg. Preterea poterit esse ꝙ nō esset inutilis si cōuentus ad factū non offert interesse. nō condēnabit ad ipsum factū ⁊ si post cōdēnationē similiter nō offerat ante litē cōtesta. in actione iudicatis: cōpelli ꝑcise ad factū: qꝛ facultas soluēdi interesse nō durat vltra vt in.l.item veniūt.§.itē recte. de peti.here. Ista aūt obligatio cōpetēs ad factū nō tollit nec nouat per sequentē obligationē q̄ succedit ad interesse sed illa sibi accumulant vt actor agere possit ad qḋ velit. Quod etiam probat ex cōuentione duarū.ll.s.l.iij.de condi.fur. vbi pōt dari ad ipsam rem post interitū. et.l.si pro fure. et.l.in re furtiua. §.j.eo.ti. vbi potest agi ad interesse sed per stipulationē penalem bn̄ nouat interdū actio. qḋ dic: vt.s.eo.ita stipulatus.in fi. et accumulant alternatiue: tū est alternatio rerū ⁊ actionū: iō actoris est electio: vt in.l.iij.de eo qḋ cer.loco. licet quādo est rerum tm̄ electio sit rei.l.plerūqꝫ. in fi.de iure do. pōt etiā dici ꝙ accumulant copulatiue: nec per hoc sequit incōueniēs ꝙ aliq dicebant ꝙ poterit petere vtrūqꝫ qꝛ negat ꝙ interesse succedat loco facti pro ipso facto habeat. ⁊ si plures actiones competerent ad eandē rem sufficeret exactio facta ex vna: ita ⁊ cū cōpetunt ad factū ⁊ interesse q̄ reputant eadē res. Ad factū autem precise nō cōpellit quis: qꝛ liberat soluēdo interesse. vt.s.eo.in stipulationibus.§.operarū. circa fi. nisi sit in obligatione ex dispositione legali vel hoīs succedentis in locū legalis. vt not. in l.stipulatio.§.siue.de no.ope.nū. et habet in pluribus.ll. quas allegabat Mar.de fano. in quibus quis precise cōpellit ad factum ⁊ oēs loquunt in dicto casu. de quib⁹ vide hic per Bart. Fallit etiā qn̄ est in obligatione ex dispositione testatoris que pro.l.habetur: vt in aut.de nup.§.disponant. iuncta.l.fideicōmissi.de lega.iij. vbi casus fallit etiā ꝫm Ang. qn̄ est in obligatione virtute sententie iudicis vel decretine sit delusoriū.l.pene qd in loco publi.⁊.l.si ꝑter. in prin.§.iudicijs. Qualiter aūt deducatur in practica glo. tāgit in.l.j.de act.emp. tres modos quos Bart. hic plene examinat.⁊ Spe.in tit.de fru.⁊ interesse. ver.viso.ver.si aūt factū.cū seq.

5 ¶†Ultimo not. ꝙ ista stipulatio ad interesse est diuidua. lꝫ prima sit indiuidua. Sed contra ꝙ imo ecōtra dici debeat vt.l.si duo.s.deposi.⁊ in.l.si vt certo. §.si duobus vehiculū.in fi.s.cōmo. dic ꝙ hic loquit de illa que succedit ad interesse ꝓpter morā cōmissam in nō faciendo: ille loquit de delicto cōmisso in faciendo ꝙ non cōmittit p aliquē nisi insolidū et sic si sunt plures heredes vnius depositarij vel cōmodatarij vno cōmittente dolum circa rem oritur obligatio insolidum cōtra eum an autē contra alios dic vt ibi ⁊ in.l.j. §.si duos.eo.ti.⁊ in.l.depositis.

2 ☞Si ꝓmisisti aliqd fieri ante calēdas dꝫ intelligi.s.finitas Si promisisti dare vel facere ante mensem madij intelligit scilicet finitum.

1 **Si quis.** ¶†Iste.§.vsqꝫ in finem venit ad declarationē.§.ꝑcedentis: vbi dr̄ ꝙ in stipulationē facti succedit obligatio ad interesse post morā. an intelligatur post morā ceptā: an post morā cōpletā ⁊ cōtinent duos casus. Scḋs ibi plane.⁊ differunt inter se in pluribus vt in glo. in terminis qꝛ primus casus loquit qn̄ fuit apposita dies ⁊ pena secundū doc. ¶Scḋs qn̄ nec dies nec pena hoc non placet vt in principio fuerit apposita pena: qꝛ pena est qn̄ promittit certa q̄titas. ideo releuat ad probationē interesse: vt.l.fi.j.de preto. stipu.⁊ pōt esse maior ⁊ minor q̄ sit interesse. sed hic ꝓmisit q̄titatē incertā.s.quanti id opus est ⁊ sic est necesse hoc ꝓbare. Itē dic qꝛ in primo casu ꝓpter appositionē diei non cōmittit stipulatio ad interesse ꝓmissum nisi de ꝑterita nō solū ad totale interesse sed nec etiam ad particulare. Sed in scḋo casu qn̄ nō est apposita dies cōmittit ad particulare statim incepta mora. et istud est de mente Bar. hic sed primū dictū nō placet Ang. qui dicit appositionē diei non impedire stipulationē committi ad particulare interesse. sed dūtaxat ad totale. sed pro Bart. facit l.qui insulā.j.bieniū.j.eo. plus tū placet dictū Ang. sed si esset apposita pena q̄ succedit loco totalis interesse bene impediret stipulationem cōmitti ad interesse particulare ita voluit Dy. in.l.cōtinuus.§.itē si insulā.j.eo. qḋ etiā videt sentire Bar.in.v.q.prin.huius.l. vbi ponit vnā longā distinctionē q̄ respicit intellectū istius.§.⁊ istud est not. Itē differunt qꝛ in primo casu incepit stipulatio a precedenti cōditione. In secūdo vero a precedenti dispositione sed nec hoc placet ī primo casu cū ibi fuit locatū opus fiendū. vt ptꝫ in tex. dum dicit nō ex quo locatum est ⁊ sic cōductor ꝓmisit opus facere. glo. tū que incipit.scꝫ. finitas in fi. bene sentit ꝙ in prin. primi casus inceperit a precedēti cōditione sed postea cū dicit: qꝛ nec cōueniri ⁊c. ad hoc vt illa ratio sit bona.⁊ nō inepte loquat qn̄ a precedenti dispositione. sed nō curo de hoc qꝛ in puncto iuris nō est vis quantū ad hoc inter vnū casum ⁊ alterū. Item quarto differunt. qꝛ primus casus loquit de totali interesse. scḋs de particulari. nā ad primū nō cōmittitur nisi lapso toto tēpore in stipulatione apposito ⁊ si nō esset appositū similiter non cōmitteret nisi lapso toto tp̄e intra qḋ posset opus cōpleri vt.s.eo.si ita stipulatus essem abs te. qḋ intelligo. et etiā si transiuerit tm̄ tēpus qḋ infra residuū qḋ restat fieri non pōt: nec ob.l.cū stipulatus sim mihi a ꝑculo. qꝛ ibi loquit qn̄ fuit ꝓmissa pena certe q̄titatis quo casu committit mero iure ante lapsum totius tp̄is. sed non exigit vt ibi not. hic qn̄ fuit ꝓmissum interesse. nā etiā si ꝓmissum nō fuisset non cōmitteret ex tacita dispositione legali nisi finito toto tp̄e lꝫ incepisset esse certū amodo fieri nō posse vt ibi not. per.l. insulā infra bienniū.j.eo. iste tex. vult idē esse si fuit ꝓmissum. qꝛ promissio eius qḋ tacite inest nihil operat. ⁊ ꝙ hoc fuit verum ptꝫ ex tex. dū dicit diē non cedere ⁊ sic nō incipit deberi interesse nisi post kalēdas martias vt in.l.cedere diē.de ver.sig. sed si cōmitteret stipulatio statim ꝙ inciperet esse certū deberetur excedere dies mero iure. lꝫ exigi non posset ⁊ hoc not. ꝓpter id qḋ dixit in.l.cū stipulatus. istud dictum qḋ ad interesse totale non cōmittat nisi transacto toto tp̄e siue sit tp̄s appositum siue nō procedit qn̄ venit cōmittenda stipulatio ad interesse ꝓpter morā in nō faciendo. Si vero venit cōmittenda ꝓpter male fieri. qꝛ stipulatio continebat non fieri: tunc si factū nō erat reiterabile statim cōmittitur ad totale interesse non expectato vlterius lapsu tp̄is. vt in.l.si ꝓcurator.j.rē ra.ha. Itē si erat reiterabile tū istud factū extendebat effectum suū ad totū tp̄s: vt in.l. si in lege.§.colonus.s.loca. secus si nō extendebat. qꝛ tūc cōmittitur ad particulare interesse ⁊ deinde pluries cōmittetur quoties contra fiet etiā si erat stipulatio iudicialis: vt.l.nouissima. iudi.sol.j.eo. si sic. cū ibi not. Itē ꝓcedit qn̄ erat factū hn̄s clausulā successiuā. ⁊ p cōsequēs etiā morā similiter habebat et sic causam instantaneā cū inter principiū more: ⁊ finē nō est differentia. vt in stipulatione rē tradi: qꝛ statim mora cōmissa committeret ad totale interesse: vt.j.eo. si fundū certa die. Itē ꝓcedit qn̄ factum veniebat explicandū extra iudicium. Si vero in iudicio vt cū quis ꝓmisit sistere tūc statim ꝙ est in mora sistendi etiā in prin. iudicij ⁊ citat vt rūdeat libello nō cōparuit committit ad totale interesse.⁊ ad estimationē totius litis non expectato tp̄e quo lis poterat finiri vt.l.v.§.j.j.iudi.solui. qꝛ per hanc morā aufert stipulatori cōmodū totius litis vt nō possit ad sententiā pueniri ⁊ ꝓpterea. qꝛ rigorose agit ꝫ reū in alio recōpensat. qꝛ pōt morā purgare etiā post lit.cōtest. sup interesse vt not. in.l.si insulā.j.eo.§.pe.⁊ not. Cy. in.l.si.p aliū: ne qs eum qui in ius vo.vi exi. Quantū autē ad interesse particulare siue quis promisit reficere siue de nouo facere statim ꝙ incepit esse in mora cōmittitur: vt in.§.cato.⁊.§.plane. qḋ est verū sine dubio qn̄ non est apposita dies neqꝫ pena.⁊ ita loquit.§.plane si ergo ꝑpena tunc secus: vt.s.dixi ꝫm Dy. in.l.continuus.§.itē si in insulā. etiā si nō fuisset apposita dies.⁊ econuerso ꝫm Bar. si fuisset apposita dies. licet pena nō committeretur ad interesse particulare vt in primo casu secus ꝫm Ange. vt.s.dixi ⁊ ex his ptꝫ in substantia intellectus ad totaꝫ distinctionē quam ponit

2 Bar. in.v.q. ¶†Ultimo dū hic dicit pmo ante kalēdas ⁊ post dicit ⁊ post kalēdas ptꝫ ꝙ si promisisti aliquid fieri ante kalendas dꝫ intelligi.s.finitas ⁊ sic tota dies kalendarū est de termino ⁊ p ꝯ̄ns illa die non pōt agi vt etiā hic dr̄: sed si intelligeret ante kalēdas.s.inchoatas dies kalēdarū nō esset de termino ⁊ sic de illo die poterit agi vt dixi in.l. qui ante kalendas.s.eo. et istud est fauore debitoris: vt maiorē habeat dilationē. vnde videt ꝙ si ꝓmisisti dare vel facere ante mēsem madij intelligit.s. finitū ⁊ sic totus mensis sit de termino qḋ est singulare: nec alibi melius probatur q̄ hic. circa qḋ vide per Bar. in.l.ij.§.creditum. si cer.pe. Hic non sunt alia.

2 ☞Ad positionem priuationis an sequatur positio habitus. et nume.i.

3 Exceptionē obijciens an videat fateri intentionē actoris. ⁊ illum releuare ab onere probandi.

4 Potens se absolui ab excōmunicatione an videatur fateri se excōmunicatum.

Producens instrumentum legitimationis an videatur fateri se illegitime

se illegitime natum.
5 Excussio qualiter fiat.
6 Excussione nõ facta si quis agat contra ẜm expromissorem vel contra fideiussorem pignoris ⁊ obijciatur exceptio ante litem non cõtesta. an poterit repelli.

